

reali actione deriuetur; de relatione autem cōformitatis, quæ est tertij generis, hîc non agimus. Colligimus secūdo quātum distat similitudo vtraque æquiparantia, & disquiparantia, cum possit esse vna sine alia: quia potest imago coloribus, & figurâ esse similis rei existēti, reali relatione similitudinis; quæ tamen nō habet relationem realem imaginis, quia non est deducta ab illo exemplari reali processione; vt si efficiatur imago ab angelo, qui non accipit species intelligibiles ab obiecto præsentis. Et ita imago, quæ procedit ab intellectu angeli, non procedit reali processione ab exemplari. Quamobrem maximè constat similitudinem imaginis propriam fundari in actione.

Et illud etiã oportet aduertere quod vtraque similitudo cōcurrit in imagine; nam nisi sit similis suo exemplari similitudine æquiparantia fundata in vnitatem formæ substantialis, aut accidentis, non erit imago. Est autem imago formaliter alia similitudine disquiparantia fundata in actione, qua deducitur, siue exemplatur ab alio. Quod si perconteris quænam vnitatem formæ requiratur in imagine? Dicendum est necessariam esse vnitatem formæ in specie; nam vermis non est imago animantis de quo oritur, quia non imitatur illud in specie; sicut neque mōstrū. Imago autem artefacta, quæ imitatur secundum accidens apparens, necesse est vt in specie consentiat cum accidente apparente in exemplari, maximè quoad figuram. Verbum autem, quod est imago intelligibilis, neque secundum accidens conuenit in specie cum suo exemplari quod est res cognita, neque secundum essentiam in rebus creatis; sed in quadam analogia, quia res cognita prout est in intellectu per speciem (hoc enim est exemplar verbi) & ipsum verbū sunt duæ formæ intelligibiles: sed licet secundum esse naturale non conueniat cum suo exemplari in specie, sed in analogo; tamen secundum esse intelligibile, quod est ipsa essentia verbi, conuenit non in genere, aut in analogo, sed in specie. Quod enim est leo, vel homo in rerum natura, est in intellectu verbum hominis aut leonis. Et hæc vnitatem formæ secundum esse intelligibile in rebus creatis satis est ad intelligibilem imaginem quam verbum dicimus. In Deo verò perfectio est

A pertinens ad propriam rationem infiniti verbi, & imaginis intelligibilis, vt non solum secundum esse intelligibile, sed etiam secundum esse naturale conueniat cum exemplari, quod est essentia diuina, in vnitatem specifica, imò & indiuidua vnitatem.

Postremum consecrarium est: In generatione videntium filium esse imaginem patris, quia est in illo similitudo disquiparantia fundata in generatione, quæ est quædam exemplaris traductio, vt iam docuimus.

B Ex dictis satis liquet, quod amor non fit imago, quia nihil antecedit in voluntate quasi exemplar; finis enim siue bonum, quod est obiectum voluntatis, non est forma illius, neque imprimatur in illa, vt forma ex parte principij actionis, vt fit quasi exemplar: obiectum enim voluntatis est causa finalis, non verò efficiens; exemplar autem, à quo procedit imago est causa efficiens, vt diximus. Deindè etsi cognitio moueat voluntatem in genere causæ efficientis ad actiones naturales, quod antea docuimus; tamen cognitio illa non est in voluntate quasi exemplar in agente; sed est tantummodò actio primi agentis, scilicet intellectus, determinans, siue mouens agens secundum quod est voluntas. Nulla ergo ibi est ratio exemplaris, vt id quod procedit à voluntate dicatur imago. Quod confirmatur omnium Philosophorū opinione & sensu; nullus enim hominum dixit amorem esse imaginem; aut amorem representare, quod est proprium imaginis: verbum autem dicimus rectissimè intelligibilem imaginem, quia est deductum ab specie impressa, quæ est quasi exemplar in intellectu, vnde oritur ea imago, quam verbum appellamus, vt ex dictis licet pellucidè philosophari. Et ita testatur S. Augustinus lib. 5. de Trinitate cap. vltimo, & S. Thomas.

D Concludimus etiã fuisse Latinos Patres rectius, quam Græcos loquutos, dū hi appellant Spiritum Sanctum imaginem, illi negant: Spiritum Sanctum imaginem dicunt, S. Cyrillus lib. 7. Dialogorum de Trinitate. Imago, inquit, lucida, & naturalis Filij Spiritus est. Et S. Basilius lib. 5. contra Eunomium Spiritum Sanctum veram esse imaginem, & idcirco illum nos Deo assimilare. Et idem docet S. Ioan. Damascenus lib. 1. fidei Orthodox. cap. 18.

In Deo imago intelligibilis sui exemplari habet vnitatem indiuiduam quo ad vtrumque esse.

18.

Vltimum consecrarium.

19.

Corollarium ex dictis. Amor non est imago. Ostenditur. Finis non exemplat, sed efficiens.

Nec cognitio finis est in voluntate quasi exemplar in agente.

Confirmatur.

S. August. S. Thom.

20.

Spir. Sanctum imaginem appellant Patres Græci.

S. Cyrillus. S. Basilius.

S. Damasc.

&

2. consecr.

Prior potest esse sine posteriori. Ostenditur.

17. Vtraque requiritur in imagine.

In imagine requiritur vnitatem formæ in specie. Ostenditur. 1. in imagine naturali.

2. in artefacta.

3. in intelligibili; non de vnitatem quoad esse naturale, sed quoad esse intelligibile.

S. Gregor.
Thaumat.

Vulgo etiam
frequens est hic
nominis abu-
sus.

21.
S. Athanas.
ex Græcis egre-
giè.

22.
Propriè loquē-
do, Sp. Sanctus
nō est imago.
Omnes Patres
Latini.
Vera ratio af-
signatur.

Aliorum ratio-
nes.
Prima.

Reijcitur.

Secunda.

Refutatur.

S. Thom.

& Gregorius Thaumaturg. in confessio-
ne fidei. Hæc autem & similia Patres af-
firmant propter perfectam similitudinē;
nam & vulgò dicimus hominem quam-
piam imaginem alterius ob concinnam
similitudinem; sed nominis est abusus.

Sanctus tamen Athanas. ex Græcis
solum Filium Dei imaginem nuncupat
serm. 4. contra Arianos, & in Epistola de
decretis synodi Nicenæ, *Quādoquidē,*
inquit, *vnus est Deus, necessarium est*
quoque vnā esse Dei imaginem, quæ est
Dei Filius. Et iterum, *Si eam imaginem*
nomines Filium, hoc ipsum eum esse indi-
caueris.

Ergo si propriè loquēdum sit Spiritus
Sanctus non est imago. Qua in re omnes
Patres Latini consentiunt: ratioq; ea est,
quia etsi Spiritus Sāctus sit Patri, Filioq;
simillimus, tamen hæc similitudo non
fundatur in processione, vt hoc cap. de-
clarabimus, sed in sola vnitāte naturæ; &
idcirco non est similitudo disquiparan-
tiæ imagini propria. Quidam aiunt non
esse imaginem Patris, quia non est prin-
cipium diuinæ processionis, sicut est Fi-
lius. Sed similitudo non attenditur in
his proprietatibus personalibus, vt lib.
3. dicemus. Alij aiunt imaginem non esse
duorum, sed vnus. Sed neque hæc ra-
tio facit satis: nam etsi Spiritus Sanctus
procedat à duobus, tamen quia illi duo,
scilicet Pater, & Filius sunt vnum eius
principium, posset dici Spiritus Sanctus
imago duorum, vt illi duo vnum sunt. Ea
ergo est causa, quòd Spiritum Sanctum
negemus esse imaginem, quia eius simi-
litudo non est disquiparantiæ fundata in
processione. Vnde etiam S. Thomas 1.
p. q. 35. art. 2. & in 1. d. 18. q. 2. art. 3. &
d. 31. q. 3. art. 1. Et Hebræorum 1. lect. 2.
affirmat imaginem esse nomen persona-
le proprium Filij, quòd scilicet Spiritui
Sancto nullatenus cōueniat, vt hoc cap.
faciemus planissimum.

TERTIA PARS.

Amor non procedit per modum naturæ.

1.
Expenditur
ratio tradita 3.
p. cap.

S. Bonau.
S. Thom.

Hinc etiam proditur haud dubia ra-
tio illius quæsitæ, quare verbū pro-
cedat per modum naturæ; amor autem
non per modum naturæ, sed per modum
voluntatis? Ita sentit cum S. Bonauen-
tura, S. Thomas, & alij supra commemo-

A rati: sed huius asserti causa à multis in-
quiritur, & nō facillè indicatur ratio dis-
criminis. Sed tamen si nomine naturæ
intelligas nascituram siue natiuitatem,
quæ est generatio viuentium, facillè ap-
parebit etiam in rebus creatis verbum
procedere per modum natiuitatis, amo-
rem non ita; vnde & verbum frequenter
dicitur à Philosophis conceptum & na-
tum, amor verò neque conceptus, nec
genitus: nam species impressa in intelle-
ctu habet vicem feminis quo intellectus
fœcundus fœtus gignit verbum, vt sobo-
lem. Exemplum est S. August. libr. 9. de
Trinitate cap. 12. & 5. de Trinitate cap.
7. *Verbum*, inquit, *intus gignimus, neque*
à nobis nascendo discedit, & cap. 12. verbū
appellat prolem mentis. Et S. Cyrillus
lib. 1. Thesauri cap. 7. ait generari fœtū,
& generari verbum à nobis. Et frequen-
tissimè verbum conceptionem mentis
appellat, & Tertullian. contra Praxeam,
Filium Dei esse de vulua cordis sermo-
nem, siue verbum eructatum, id est, pro-
cedens. Et Philo Iudæus de congr. qua-
rendo erudit. *Tales*, inquit, *partus gra-*
uida potius, quàm concipiētes mentes pa-
rere solent. Vbi fœcunditatem in intel-
lectu vt partum esse cōfiteretur; & ibidē
ait scientiam esse filiam rationis, agnos-
cens in cognitione mentis quandam na-
tiuitatem & partum. Vtrumque autem
est quasi exemplar, scilicet semen in ani-
mante, & in intellectu species impressa,
à quo exemplari deducitur vera imago,
scilicet in rerum natura filius, & in intel-
lectu verbum. Processio tamen verbi
creati deficit à natiuitate, eo solum quòd
est accidens ab intellectu emanans, non
substantia de viuētis substantia; sed ta-
men procedit per modum natiuitatis:
amor verò nō procedit per modum na-
tiuitatis, quia nihil antecedit in volun-
tate, quasi semen aut exemplar.

D Quod si nomine naturæ non natiuita-
tem intelligas, sed id quod est principiū
motus, siue actionis, difficilior explicatu
est; quare verbum dicatur per modum
naturæ procedere; amor verò non per
modum naturæ. Ioan. Scotus in 1. d. 2.
q. 7. & d. 10. q. vnica affirmat voluntatē
in omni actione sua esse liberam; quare
cum liberum & naturale sint opposita,
consequitur vt amor non procedat per
modum naturæ, sed per modum liberta-
tis. Sed hæc opinio falsa est, vt postea
docce-

1. conclusio.
Verbum pro-
cedit per mo-
dum natiuita-
tis: Amor non
ita.

Species impres-
sa semen ver-
bi.

S. August.

S. Cyrillus.

Tertull.

Philo.

Semen, & spe-
cies impressa
sunt quasi ex-
emplar.

Processio ver-
bi creati deficit
à natiuitate, nō
à modo natiui-
tatis.

2.
Difficultas de
processione ab
intellectu, cur
sit per modum
naturæ; proces-
sio verò à vo-
luntate vt natu-
ra est, non ita;

Scoti opinio
voluntatē in
omni actione
sua esse liberā.

Reijcitur,
docce-

Difficultas per
fittic in actio-
nibus natura-
libus volunta-
tis.

Responſio.
Refellitur.
Licet non in
creatis, saltẽm
in Deo per di-
lectionem na-
turalem proce-
dit amor,

3.
S. Thom.
Spir. Sanctus
procedit à vo-
luntate, vt na-
tura & natura-
liter, non ta-
men per mo-
dum naturę.
Idem
explicatur.
Voluntas non
vt libera, ac vt
natura, est etiã
ad vnum desti-
nata.

4.
S. Thomæ
1. causa, cura-
mor non pro-
cedit per mo-
dum naturę, vt
procedit ver-
bum?

2. causa,

3. causa,

5.
Interpretãdus
est, vt per mo-
dũ naturę idẽ
sit, quod per
modum nati-
uitatis.

docebimus; nam & ipsa voluntas habet actiones naturales, non liberar, quibuscum se habet, vt natura est, non vt libera est. Et ita persistit quæstio proposita in his actionibus naturalibus voluntatis, quare non procedat amor per modum naturæ, si quidem procedit à voluntate vt natura est? Quod si dicas in actionibus naturalibus voluntatis non emanare amorem, vt supra docuimus: saltẽm in Deo optimo non est negandum Amorem per dilectionem naturalem procedere; ipse enim est Spiritus Sanctus; & tamen non procedit per modũ naturæ.

Dicendum igitur est cum S. Thom. q. 10. de Potentia ar. 2. ad 4. non idem significari his verbis, quod procedat à natura siue naturalitẽr, & quod procedat per modum naturæ; siquidem Spiritus Sanctus, qui procedit à voluntate vt natura & naturalitẽr, non tamen procedit per modum naturæ. Quare cum Doctor Sanctus 1. p. q. 41. art. 2. distinguit inter voluntatem, & naturam, quod voluntas non sit determinata ad vnum, vt est natura; interpretandus est de voluntate libera, quę non est determinata ad vnum; nam voluntas vt natura, est etiã ad vnum destinata. Procedere igitur à voluntate vt natura, indicat solummodò voluntatem ibi se habere vt naturam, non vt liberam; procedere autem per modum naturæ aliud quid significat, quod indagandum hic est.

Ipse Doctor Sanctus loco recitato ad 11. tres causas commemorat ob quas amor non procedit per modum naturæ, vt procedit verbum. Primò, quia processio per modũ naturæ est prima, sicut & processio per intellectum prima est. Deindẽ, quia processio per modum naturæ est per modum similitudinis, sicut & processio per intellectum, vt explanauimus. Denique quia processio per modum naturæ est per se ab vno, sicut & processio per intellectum: processio autem amoris per voluntatem, si amor sit mutus, vt est diuinus amor, necessariò est à duobus.

Sed hoc loco videtur S. Thom. per modum naturæ dicere id quod est per modum natiuitatis; natiuitas enim est prima processio substantialis, quam sequitur ad generatio partium in nutritione, vel augmento; & similitẽr est per modum similitudinis, vt diximus; & est per

A se ab vno principalitẽr vt potẽ à mare, etsi scœmina vtcunque concurrat. Quod si non intelligamus hæc de natiuitate, multis certẽ vrgebimur; sunt enim multæ actiones naturales, quæ consequuntur alias ordine naturæ; & non apparet vlla ratio, quod prima inter eas sit per modum naturæ, & reliquæ non sint per modum naturæ. Prætereã ad aliquas etiã actiones naturales concurrunt per se duo principia, verbi gratia, cum procedit operatio à potentia, & obiecto simul, & aliàs frequẽtẽr; neque enim verò de hac etiã processione occurrit, quare non sit per modum naturæ: intellexit ergo S. Thom. eo loco ea rãtũm procedere per modum naturæ, quæ per modum natiuitatis procedunt. Quare dum concludit amorem non procedere per modum naturæ, id confirmat quod iam præmiseramus, amorem non procedere, vt natum per modum prolis.

Hoc igitur loco aliud quid amplius conamur, scilicet, vt ostendamus hoc esse singulare in processione amoris siue libera sit, siue naturalis, vt id quod procedit, non procedat per modum naturæ. Ita vt etsi in omni actione aliã sit processio per modum naturæ, sola processio amoris non sit per modum naturæ.

Ad cuius clariorem explanationem, aduertendum est, tam intellectum quàm voluntatem esse potentias, quæ sua obiecta respiciunt, easque oportere esse cũ obiectis cõiunctas, vt operentur: ideòq; hæc coniunctio potẽtiæ cum obiecto dicitur actus primus, & ipsa operatio actus secundus. Cõiungitur autem intellectus & voluntas cum obiectis suis modo longẽ diuerso, intellectus enim per speciem sibi impressã, vel per realem coniunctionem obiecti secundum esse intelligibile sibi præsentis, cum eodẽ copulatur.

Voluntas verò neque formam aliquam habet sibi inhærentem, qua cum obiecto coniuncta dicatur ante operationẽ suã, qua scilicet sit in actu primo; neque ipsũ obiectum habet sibi coniunctum in ratione diligibilis, quasi formam operandi, quod S. Thom. notauit, dum ait obiectum voluntatis eidem non inhære: sed obiectum voluntatis concurrat tantũmodò in genere causę finalis, quod est aliud à genere causę efficientis: est ergo obiectum voluntatis cum voluntate coniunctum per hoc, quod proponitur volun-

Hæc interpre-
tatio probatur

Secundò,

S. Thom. confirmat pri-
mam conclu-
sionem.

6.

7.
Pro 2. conclu-
sione aduert.
Discrimen in-
ter intellectũ,
& voluntatẽ,
vt sunt in ac-
tu primo, seu
vt coniungun-
tur cum suis
obiectis.
Intellectus est
in actu primo
per formã su-
peradditã, quę
est principiũ
operationis,
vt natura.
Voluntas per
solam externã
propositionẽ
obiecti.

S. Thom.

Obiectum voluntatis non est cum illa realiter coniunctum nisi ratione naturæ, in qua vtraque potentia est.

voluntati per potentiam ab illa distinctam, absque aliqua forma voluntati impressa in qua proponatur: ita ut si quaras de reali coniunctione, obiectum voluntatis non sit coniunctum cum illa, nisi ratione naturæ, quæ est subiectum in quo vtraque potentia est. Hoc enim satis est ut appetamus cognita, quia cognitio, & appetitio est simul in nobis; est quippè appetitus totius, ideòque satis est, ut in ipso toto, quod est suppositum vel natura, antecedit actus intellectus, quem actus voluntatis consequitur.

8. conclusio ex dictis collecta. Intellectus & voluntas ut sunt facultates, vtraque est vera natura. Ut sunt in actu primo, obiectum est in intellectu per modum formæ, & naturæ. In voluntate verò solum per modum obiecti extra propositi.

Ex his ergo colligimus quòd si intellectum, & voluntatem contemplerur ut sunt facultates quædam operantes, vtraque est vera natura & operationis principium. Si verò easdem meditemur ut sunt potentia cum suis obiectis coniuncta in actu primo; in altera, scilicet in ipso intellectu, obiectum est per modum formæ, quæ est operationis principium, ideòque est ipsum obiectum in potentia per modum naturæ. In voluntate autem cum obiectum non adsit per modum formæ, sed solummodò per modum obiecti extra ipsam propositi, non est obiectum in illa per modum naturæ. Quare apertissimè consequitur id quod conamur, scilicet quòd ab vtraque potentia operatio naturalis dimanet, non tamen per modum naturæ ab vtraque, sed à solo intellectu. Quare etiã processio Verbi natiuitas est in Deo, non autem Amoris processio, ut statim dicemus.

QVARTA PARS.

Ratio discriminis traditur inter diuinam generationem, & processionem.

1. Aduert. Processio Spiritus Sancti, sicut & Filij, est à principio coniuncto.

His quæ sunt tractata, nihil aliud arbitramur nos clariùs apertiusque egisse, quàm ut ostenderemus processionem Spiritus Sancti per voluntatem diuinam, non esse generationem. Sed quorem istam accommodatè singulatimque enucleemus, illud primum aduertendum est nobis circa definitionem generationis traditam prima cap. parte, quòd processio Spiritus Sancti, sicut & Filij, est viuentis à viuente coniuncto: nihil enim in Deo est quod non sit viuens, & coniunctum, imò maximè vnum. Quare sicut animal dicitur natum ab alio ut à principio coniuncto, quia semen quod fuit

A in generante, fit pars geniti, non manente forma seminis, sed sola materia prima; longè perfectius, quia eadem natura diuina, quæ est forma generantis, est eadem forma geniti, genitum procedit à principio coniuncto. Et eodem modo Spiritus Sanctus, etsi non sit genitus, procedit à principio coniuncto, quia eadem forma Patris, & Filij per spirationem communicatur Spiritui Sancto, ut hoc lib. declarabimus.

Deindè aduertamus in rebus creatis posse id procedere à principio coniuncto, quod non est simile principio in vnitatem specifica, ut vermis qui de carne viuentis generatur; dicitur enim principium coniunctum secundum naturam seminis, quæ traducitur à generante in genitum, & in materia eadem possunt esse formæ duarum specierum: quare id quod procedit à principio coniuncto potest esse alterius speciei. In Deo autem vbi coniunctio est secundum formam eandem, necesse est ut id quod procedit sit eiusdem formæ, & speciei cum suo principio; forma enim dat speciem. Et hoc apertè docetur à S. Dionys. cap. 1. de diuinis nominibus, *Dicimus, inquit, in Deo Trinitatem, propter celestis fecunditatis in tribus personis emanationem*, vbi processionem diuinam vtramque qua Trinitas constat, ad fecunditatem naturæ reuocat, quia & Spiritus Sanctus de fecunda natura emanat; ita tamen ut etsi dicatur fecunda à fetu, non significet hoc nomen tantummodò originem fetus, quem dicimus filium; sed originem substantialis processionis, quæ in Filio, & Spiritu Sancto inuenitur, & à S. Dionysio fecunditas dicitur.

2. aduert. In creatis id quod procedit à principio coniuncto potest esse alterius speciei.

In Deo non ita vbi coniunctio est non secundum materiam, sed secundum formam. S. Dionys.

C Sed adhuc opus est attendere quòd in processione creata quicquid procedit à principio viuente coniuncto in vnitatem speciei est filius & natus; quare posset videri completa ea definitio: sed quia Spiritus Sanctus non est filius neque natus, & tamen est viuens à viuente coniuncto in vnitatem naturæ; ut secernamus Spiritus Sancti processionem à definitione natiuitatis; duce lumine fidei, inquiremus aliud quid pertinens ad definitionem generationis, quod processionem Spiritus Sancti non conueniat. Necesse est enim non solum generationem creatam, sed generationem in genere, quæ sit communis creatæ & increatæ, ita definire, ut

Explicatur.

3. aduert. Perfecta generatio creati est processio à viuente coniuncto in vnitatem speciei.

Questio. Perfecta generatio in communi quid?

Exemplum.

defi-

Responsio. definitio non cōueniat processioni Spiritus Sancti, quæ nō est generatio. Ait ergo hoc etiam opus esse ad generationem viuētium, vt id quod procedit, procedat vt simile. Et in hoc iterum implicatur, quia videtur quod Spiritus Sanctus procedat etiam vt similis, siquidem procedit in vnitatem naturæ, vnde oritur similitudo, vt cap. sequēti disputabimus.

Obiectio.
4. **Solutio, & re-** Dicendum igitur est duobus modis solutio quæ-
tionis. posse absolui definitionem generatio-
Perfecta gene- nis, ita vt non conueniat Spiritus Sancti
ratio in com- processioni. Primo quod procedat vt si-
muni defini- mile, hoc est, per modum similitudinis;
tur processio- processio autem per modum similitudi-
viuentis, & nis est exemplatio quædam, siue deductio
vt similis, hoc ab exemplari; & quod est clarius, potest
est, per modū intelligi hoc ipsum quod procedat vt si-
similitudinis mile similitudine disquiparantiæ, quæ est
similitudine propria imaginis, & fundatur nō in vni-
disquiparan- tate naturæ, sed in actione.

5. **Offēditur ex** Ad hæc accommodanda sunt, quæ di-
dictis p. 2. hu- ximus parte 2. cap. de imagine: filius
ius cap. enim naturalis est imago, quia est simi-
Patebit secū- lis patri similitudine exemplati, quæ fū-
da ratio disci- datur in actione: rectissimè ergo dicitur
minis, cur 2. ita esse intelligendam definitionem ge-
processio non- nerationis viuētium, qua procedit si-
sit generatio, mliis, vt id quod procedit procedat simi-
vt prima, le similitudine propria imaginis, quæ est
disquiparantiæ similitudo, & in actione
fundata.

6. **Tradita defi-** Ita explicata definitione generatio-
nitio declara- nis, iam hoc quod adeò vexat Theolo-
tur ex eadem gos, ante oculos est, quod processio per
2. p. voluntatem diuinam non est generatio,
sed processio per intellectum generatio
est. Nam vt eadem parte 2. disputauim-
us, verbum in rebus creatis est verè &
propriè imago, cuius similitudo est dis-
quiparantiæ fundata in actione; & spe-
cies impressa in intellectu est quasi semē
in generante, verbum autem quasi pro-
les; ita vt nihil prohibeat vt verbū crea-
tum sit filius, nisi id solum quod est acci-
dens. In Deo igitur meditamur simili-
tèr essentiam diuinā quasi speciem im-
pressam intellectui, vt docet S. Thomas
1. libr. contra gent. cap. 53. loco seminis,
& exemplaris, à qua essentia simul & in-
tellectu procedit Verbum, vt vera ima-
go, cuius propria similitudo fundatur in
processione, & hoc Verbum increatum
non est accidens, sed substantia: est ergo
verè perfectissimèque genitum, quia est
maximè propriè exemplatū; est, inquā,

Nihil prohibet vt verbū creatum sit filius, nisi id solum quod est accidens.
In Deo essentia est quasi species impressa, & semen.
S. Thom. Verbum diuinum sua processione est

A propriè exemplatum, nisi hac voce pas-
sua intelligatur aliqua causalitas, aut
initium temporis, quo pacto negamus
principiatum: sed quod attinet ad ratio-
nem imaginis, quæ ab exemplari procedit,
dicimus propriè exemplatum diuinum
Verbum: quod à S. Gregor. Naz. oratione 2.
Paschæ appellatur archetipi expressio.
Nam in generatione creata species, quæ
est in intellectu loco exemplaris, est quæ-
dam inchoatio similitudinis imperfecta,
vt diximus; & semen est quædam remota
inchoatio animantis: diuina autem essen-
tia vtroque munere fungitur speciei intelli-
gibilis, & seminis, non vt inchoatio, sed
vt perfectissimum exemplar; cuius exem-
platio pertingit vsque ad vnitatem formæ
specificæ. Et ita est propriissima generatio
Verbi diuini processio. Quod sublimitèr
quidem explicauit Mercurius in Pymandro à
sa cris literis id ipsum, vt par est credere,
accipiens & diuinam generationem ad
intelligētiam referens. *Intelligentia, in-
quit, illa Deus, cū maris & fœminæ vim
haberet, & vita & lumen esset, genuit
Verbum, scilicet mentem.* Rectè ait intel-
ligentiam, siue intellectum habere vim
maris & fœminæ; habet enim vim fœmi-
næ quatenus habet speciem impressam
in se loco seminis, & habet vim maris
dum producit verbum quod est proles,
quare & concipit, & gignit, & parit. Cō-
cipit quia verbum ipsum, quod gignit in
se habet ex specie impressa conceptum;
gignit producendo illud: parere autem
dicitur apud S. Augustinum quando gignit
verbum perfectum ad veritatem in-
quisitam pertingens. Deus verò quasi
parit Verbum quatenus de sua substan-
tia illud producit, iuxta Psalmi decan-
tatam sententiam, *Ex utero ante lucife-
rum genui te.* Quibus in verbis concipere
& parere metaphoricè dicimus de
Deo, sicut & vterum; gignere verò non
metaphoricè, sed propriè. Est ergo Filio
duplex similitudo cum Patre, alia æqui-
parantiæ, quæ est relatio rationis com-
munis tribus personis; alia disquiparan-
tiæ, quæ est propria filij, & imaginis, & est
realis relatio, & proprietatis personæ. Et
vtraque similitudo, vt diximus, conside-
ratur secundum vnitatem naturæ, vt do-
cet S. Augustinus de Incarnatione Ver-
bi cap. 11. & 15. & S. Thom. in 1. d. 8. q.
2. art. 3. Neque enim Pater & Filius ha-
bent

B Essentia diuina est quasi species impressa, & semen non vt inchoatio, sed vt perfectissimum exemplar.
Mercurius ex sacris literis notabiliter.
Intelligentia siue intellectus habet vim maris, & fœminæ.
Declaratur.
Concipit.
Gignit.
Parit.
Concipere, & parere metaphoricè dicimus de Deo: gignere verò propriè.
In Filio Similitudo duplex.
1. æquiparantiæ est ratio- nis.
2. disquiparantiæ est realis.
Vtraque attēditur secundū vnitatem natura.
S. August. S. Thom.

maximè propriè exemplatum.
Nazianz.
Essentia diuina est quasi species impressa, & semen non vt inchoatio, sed vt perfectissimum exemplar.
Mercurius ex sacris literis notabiliter.
Intelligentia siue intellectus habet vim maris, & fœminæ.
Declaratur.
Concipit.
Gignit.
Parit.
Concipere, & parere metaphoricè dicimus de Deo: gignere verò propriè.
In Filio Similitudo duplex.
1. æquiparantiæ est ratio- nis.
2. disquiparantiæ est realis.
Vtraque attēditur secundū vnitatem natura.
S. August. S. Thom.

Prima funda-
tor in ipsa vni-
tate.

Secunda in pro-
cessione.

Idem.

In divini A-
moris proces-
sione quoad
hanc, ratio di-
uerfa.

Spir. Sanctus
est similis sola
similitudine
equiparantiæ.
Hæc est com-
munis tribus
personis.
Vnde non est
imaginis pro-
pria, nec ad ge-
nerationem, &
filiationem suf-
ficiens.

Idem.

8.
Hæc Theolo-
gia consenta-
nea est Latinis
Patribus.

bent similitudinē in proprietatibus, sed in essentia, vt lib. 5. dicemus. Sed similitudo æquiparantiæ nō solum attenditur secundum vnitatem naturæ, sed fundatur in ipsa vnitatem: similitudo verò disquiparantiæ attenditur etiam secundum vnitatem naturæ; idcirco enim est perfecta imago, quia forma exemplaris est eadē forma imaginis; sed hæc similitudo non fundatur in vnitatem illa naturæ, sed in processione, qua imago procedit ab exemplari. Et idcirco probè docet S. Thomas quæst. 2. de Potentia artic. 4. ad 7. Spiritum Sanctū non procedere vt similem ratione processionis; sed ratione naturæ.

Hæc autem de Amoris diuini processione nullo modo dicenda sunt; nam ibi nihil est loco seminis in voluntate, aut loco exemplaris, vnde ista processio dicatur exemplatio: quare nulla sequitur similitudo disquiparantiæ fundata in actione. Nam etsi Spiritus Sanctus ex vi processionis sit similis in natura Patri, & Filio, vt cap. sequenti dicemus; non tamen est illis similis similitudine disquiparantiæ fundata in processione, sed sola similitudine æquiparantiæ, quæ in vnitatem formæ fundatur: qua similitudine ita est similis Pater Filio, sicut Filius Patri; & vterque ita similis Spiritui Sancto, sicut Spiritus Sanctus similis vtrique. Quare hæc similitudo non est propria imaginis; aliàs ita Pater esset imago Filij, sicut Filius Patris, & essent imagines tres, quod cogitari non potest: imago enim est exemplata ab alio, similitudine fundata in ipsa exemplatione, siue traductione, quæ in processione diuini Amoris non inuenitur. Eadem ergo ratione, qua scilicet non est imago propriæ, vt diximus, non est genitus, neque Filius; ergo processio Spiritus Sancti non est generatio, quia non est processio per modum similis, scilicet, quia non est exemplatio in qua fundatur similitudo disquiparantiæ propria imaginis, & filiationis. Quæ sunt profectò luce ipsa clariora. Quapropter scitissimè dixit Sanctus Thomas loco recitato, quod amor non procedit vt figuratum, aut specificatum specie amantis, sicut verbum.

Hic autem modus explicandi diuinam generationem per imaginem (quod à Sancto Thoma acceptum est, & sapien-

A tiffimus vir Bartholomæus Torres ar-
tigit, licet non absoluerit) consenta-
neus est doctrinæ Patrum Latinorum
asserentium solum Filium esse imaginē
Patris.

Sed adhuc operæpretium est illud
aduertere, quod est in generatione diui-
nâ, & creata longè diuersum: in ista enim
terminus essentialis producitur in geni-
to, scilicet natura quædam substantialis,
numero distincta à natura genitoris: &
cōstituto supposito absoluto ex vi gene-
rationis, qui est terminus ad quē genera-
tio destinatur, tūc cōsequitur relatio ge-
nerationis propria, & realis, quæ est filia-
tio, siue similitudo in generatione funda-
ta. At verò in Deo per generationem non
producitur terminus essentialis, scilicet
natura diuinâ, quæ non est distincta, sed
eadē in genito, & genitore: neq; terminus
ad quē, est quid absolutū, cum supposita
diuina sint relatiua, & sint ipsæ relatio-
nes subsistentes: terminus ergo productus
per generationem diuinam, est ipsa re-
latio similitudinis, siue imaginis, quate-
nūs est forma producta; & terminus ad
quem generatio dirigitur (vt ita dicam)
est ipsa similitudo subsistens. Itaq; quod
nullus Orthodoxus poterit inficiari) re-
latio propria, realisq; Verbi subsistēs, est
terminus diuinæ generationis, & res ge-
nita: relatio autē Verbi realis & propria
est quædā similitudo; ergo in processione
Verbi res producta est ipsa similitudo
subsistēs, quæ proprijsimè Filius est, eiusq;
processio, generatio. Relatio autē pro-
pria & realis diuini Amoris procedētis
in processione fundata nō est similitudo,
neq; amor est similitudo subsistēs; nō est
ergo filius; neq; terminus generationis;
sed relatio similitudinis in Spir. Sancto,
est relatio rationis fundata in vnitatem na-
turæ, vt lib. 3. dicemus. Et hæc arbitror
esse quàm maximè dilucida, quæ S. Tho-
mæ auctori accepta sunt referēda. Nam
ad argumentum cōmune, quod Spiritus
Sanctus procedit vt similis; ergo vt filius:
cōceptis verbis respōdet, *Procedit qui-
dē in eadē natura, ideoq; similis proce-
dit, sed nō est ipsa similitudo, sicut Verbum
diuinū.* Similitudo autem idem est quod
imago: simile enim quod imago non est
non similitudo dicitur, sed simile. Et q.
10. de Potentia art. 2. ad 10. voluntatem
ait non producere similitudinem, quia
amor non est similitudo.

C

D

9.
Aduert.
Inter genera-
tionem diui-
nam, & creatā
discrimen.

Per generatio-
nem diuinam
non produci-
tur terminus
essentialis, &
absolutus: sed
suppositū rela-
tiuum, seu per-
sona, quæ est
ipsa similitu-
do, & imago
subsistens.

Relatio pro-
pria & realis
diuini Amo-
ris procedētis
in proces-
sione fundata
non est simi-
litudō.

S. Thome
auctori tota
hæc doctrina
debetur.

Simile quod
imago nō est,
nō similitudo
dicitur, sed si-
mile.

Idem.

10.
S. Anselm.
etiam in Verbo
imaginem
& in imagine
prolem agnoscit.

trabA
- roneg rami
- iuib monoi
- roneg & mah
- roneg lib

In Sp. Sancto
similitudo non
est realis, nec
ipso nomine
Sp. Sancti signi-
ficata.
In Verbo ma-
ximè.

11.
Hec doctrina
probat ratio
nevalidissima
Filius Dei pro-
cedit ut simi-
lis, & imago si-
militudinespe-
ciali, quæ est
proprietas, &
relatio perso-
nalis fundata
in processio-
ne, & est simi-
litudo disqui-
parantiæ.
Ostenditur.

Quæ sunt eius-
dem appella-
tionis: & ut
re ipsa distin-
cta in Deo.

12.
3. ratio discrimi-
nis, cur pro-
cessio Sp. Sancti

Sed solertissimè hoc ipsum innuit S. Anselmus Monolog. cap. 53. respondens enim questioni propositæ, & indicaturus discrimen inter generationem Verbi, & processione Spiritus Sancti, sic ait, *Sicut Verbum, max. ut consideratur, se prolem esse teius à quo procedit, evidentissimè probat, promptam præferendo Parentis imaginem: sic Amor apertè se prolem negat, quia dum à Patre, & Filio procedere intelligitur, non statim tam perspicuè exhibet se contemplanti eius à quo est similitudinem. Quamvis ipsum considerata ratio doceat id ipsum esse quod & Pater, & Filius.* His ultimis verbis identitatem naturæ confitetur, & in ea fundatam similitudinem non negat inter Spiritum Sanctum, & Patrem; sed non ita perspicuè declaratam. Quod theologice dicimus, non significari nomine Spiritus Sancti ipsam similitudinem, quæ est relatio rationis in unitate naturæ fundata: similitudo autem Verbi est realis, & ipso nomine Verbi significata. Vnde in Verbo imaginem, & in imagine prolem Beatus Anselmus agnoscit; quid clarius potuit dici verbis non scholasticis?

Quod autem iste modus dicendi non ad libitum credatur excogitatus validissima ratione comprobabimus: Verbum enim divinum, Filius, & imago Patris procedit similis ratione quadam singulari pertinente ad proprietatem personalem; per hæc enim est Filius, & imago, quæ sunt personalia: relatio autem personalis fundatur in processione, ut dicemus lib. 3. ergo hæc similitudo quæ est imagini propria, & in Filio specialis, est relatio personalis in origine fundata; & eadem necessariò est similitudo disquiparantiæ. Nam ut probabimus lib. 3. relatio personalis, quæ distinguit personas reali distinctione, necessariò est disquiparantiæ, hoc est, diversæ appellationis; quæ enim sunt eiusdem appellationis non sunt re ipsa distincta in Deo; ergo necesse est, ut præter similitudinem æquiparantiæ, quæ est communis tribus personis, sit in Filio alia similitudo disquiparantiæ (quæ imago dicitur) fundata in processione, propriaque illius personæ, utpotè proprietatis personæ. Et hæc similitudo imaginis, & disquiparantiæ pertinet ad generationem viventium, quæ in Spiritu Sancto non inuenitur.

Tertium discrimen processionsis Spi-

Aritus Sancti, quæ non est generatio, quia non est per modum naturæ: interpretabimurque definitionem generationis, quod sit viventis à vivente per modum naturæ; non (inquam) per modum natiuitatis; nam ita dicentes repeteremus in definitione definitum: sed per modum naturæ, ut id quod coniungitur cum agente habeat rationem naturæ, quæ est causa efficiens, non rationem finis, aut obiecti. Et ita Verbum divinum procedit per modum naturæ, quia etsi procedat à potentia cum obiecto coniuncta, scilicet ab intellectu; tamen obiectum coniungitur cum intellectu per speciem, quasi informantem, quæ est diuina essentia; quam meditatur coniunctam cum diuino intellectu per modum naturæ, & actiui principij. Et ita Verbum procedit per modum naturæ tam in Deo, quam in nobis; in Deo autem ipsa processio Verbi, quæ est per modum naturæ est etiam substantialis, & idcirco est generatio, quam Sanctus Ioannes Damascenus definit opus naturæ.

C Amor autem, ut diximus, non procedit per modum naturæ, aut in nobis, aut in Deo. Est enim advertendum, quod processio Amoris divini est de substantia diuina, ut suo loco dicemus; quare in eo sensu est ex principio coniuncto, quia res procedens est consubstantialis principio suo. Sed tamen si consideretur diuinus Amor, quatenus per dilectionem procedit; quia dimanat à voluntate diuina quatenus est potentia cum suo obiecto coniuncta, nostro modo intelligendi, non per modum naturæ, hoc est, non per modum potentie habentis in se suum obiectum; quia appetibile non est forma, aut quasi forma coniuncta cum potentia appetente, ut explicauimus; ideò voluntas diuina considerata, ut est potentia obiectum respiciens, non habet modum naturæ, sed habet modum appetitus consequentis naturam: & id quod procedit per dilectionem etiam diuinam, etsi essentialitè, atque consubstantialitè coniungatur cum suo principio, non tamen est à principio coniuncto per modum naturæ. Et ita verissimum est etiam in processionibus diuinis, quod intellectus est quasi natura, habens in se suum obiectum per modum formæ coniunctæ

nō sit genera-
tio, ut proces-
sio Verbi.
Generatio per
fecta definitur.
Est processio
viventis, &c.
per modū na-
turæ.
Cur non dica-
tur per modū
natiuitatis?
In generatio-
ne id quod cū
agente coniū-
gitur, habet ra-
tionem natu-
ræ, quæ est cau-
sa efficiens, nō
rationē finis,
aut obiecti.

S. Damasc.

13.
Amor nō pro-
cedit per mo-
dum naturæ.

Volūtas diui-
na in actu pri-
mo, non habet
modum natu-
ræ, sed modū
appetitus con-
sequentis na-
turam.

inheret; voluntas autem non gerit se per modum naturæ, quatenus obiectum quasi extra se propositum respicit; sed est quasi appetitus consequens naturam; eoque etiam processio Verbi est generatio; processio Amoris non ita. Et hoc confirmatur autoritate Sancti Gregorii Nazianzen. quæ maxima est: is quippe oratione 5. Theolog. aperte docet Spiritum Sanctum non procedere per modum naturæ.

Confirm. ex Nazianz.

Obiectio.

Responsio.

Diuina essentia coniungitur per se cum diuina voluntate unitate naturali, non unitate obiecti, & potentia ex parte principij, ut coniungitur cum diuino intellectu.

Sed contra hoc arguitur. Nam in Deo obiectum voluntatis, quod est essentia, per se coniungitur cum ipsa voluntate; ergo quod ab obiecto, & voluntate sic coniunctis procedit, procedit per modum naturæ. Respondendum est diuinam essentiam coniungi per se cum voluntate diuina unitate naturali, ut cætera attributa, sed non unitate obiecti, & potentia ex parte principij; quia nostro modo intelligendi, potentia appetens etiam diuina, ex propria ratione non postulat coniunctionem cum obiecto, sed quod obiectum illi proponatur per intellectum. At verò ipse intellectus diuinus, nostro intelligendi more, copulatur cum obiecto, quasi per speciem impressam in ratione principij operationis; quapropter operatio quæ ab intellectu ducitur, egreditur à potentia per modum naturæ. Procedit ergo diuinum Verbum de diuino intellectu per modum naturæ; sed non procedit per modum naturæ Spiritus Sanctus, qui est Amor de voluntate productus.

CAPVT XIX.

Argumenta refelluntur.

Non erit inutile argumenta, quæ solent versari in quæstione præsentis confutare, cum in ijs soluendis varia Doctorum sententiæ ferantur. Probatur igitur quod processio Spiritus Sancti sit quoque generatio: nulla enim similitudinis ratione animaduersa, quodcunque viuens à viuente in natura eadem specifica uniforme procreatur, soboles est & filius, eaque processio est generatio; ergo & processio Spiritus Sancti, quæ est maximè vniformis & viuens, est generatio. Et confirmatur, quia similitudo est quædam relatio, quæ non clauditur in definitione actionis; actio enim defini-

Confirm.

nitur per suum principium, & terminus: ergo similitudo non pertinet ad definitionem generationis, neque secernit illam à processione Spiritus Sancti.

Secundò, in viuentibus vna est substantialis communicatio, quæ est generatio; natura enim determinata est ad vnum; ergo cum Spiritus Sanctus sit viuens, vel nulla est processio eius, vel generatio est.

Tertiò, Spiritus Sanctus procedit ut Deus ex vi processionis suæ; ergo ut similis; ergo ut Filius. Quod si respondeas eam similitudinem non fundari in processione. Contra occurritur; Omne agens producit sibi simile; ergo in ea productione fundatur similitudo. Et confirmatur, quoniam Spiritus Sanctus ex vi processionis est similis; ergo ea similitudo in processione fundatur; est enim similitudo accipientis naturam; accipere autem est procedentis.

Quartò, ignis generat ignem sibi similem, eaque processio dicitur generatio, licet minus perfecta, quam sit generatio viuens; cum ergo Spiritus Sanctus procedat ut similis, eius quoque processio erit generatio, licet sit alterius rationis à generatione Verbi. Et ita manent proprietates personarum, ut alter gignatur ut Filius, alter ut Amor.

Quintò, similitudo est principium amoris, ut ait S. Thomas 1. parte q. 27. artic. 4. ad 2. ergo processio amoris est secundum rationem similitudinis. Et confirmatur, quoniam Patres Spiritum Sanctum vocant imaginem.

Aduertenda.

Illud primum hoc loco constitutum esse existimamus, quod omne agens producit sibi simile, ut docet Aristotel. 1. de Generatione cap. 9. & 10. & 7. Metaphysic. cap. 7. Et idem docet S. Thomas in primo distinct. 7. quæst. 1. artic. 1. cum enim similitudo consequatur ad unitatem formæ, ut constat; ostenditur, omne autem agens communicet formam per quam agit, ita ut in effectu sit vel forma agentis perfecta, vel aliqua eius particula, & delibatio; omnino necesse est, ut quod ab agente producit, cum aliqua similitudine coniunctum sit; ita ut saltem effectus ipse referat aliquam speciem, similitudinemque

2. argum.

3. argum.

Respons.

Impugnatur;

Confirm.

4. argum.

5. argum. ex S. Thom.

Confirm.

6.

Aduertendum hoc axioma: Omne agens producit sibi simile. Arist. S. Thom. Ostenditur, Omne agens communicat formam per quam agit, secundum aliquam unitatem.

suæ causæ. Quod ita est certum, ut vel etiam res creatæ dicantur verè & propriè similes Deo autori, etsi infinito quodam interuallo Deitatem imitentur. Et in nobis est vera & propria imago Deitatis, imperfecta tamen, ut docet S. Thomas; igitur à nullo effectu potest diuelli similitudo aliqua cum causa efficiente. Incassum ergo conantur viri docti verissimam hanc propositionem infirmare, quòd Omne agens producit sibi simile: credentes indè sibi depromendam esse solutionem argumenti, quòd Spiritus Sanctus non procedat ut similis. Iam quod aiunt effectum procedere similem similitudine proportionis, non est ad rem. Nam illud intelligitur in effectibus æquiuocis, qui non exæquant perfectionem suæ causæ; cum ergo Spiritus Sanctus procedat processione plusquam vniuoca in vnitatem eiusdem naturæ; vel non procedit ut similis, vel procedit similis similitudine propria, & non proportionis, quæ inter res inæquales inuenitur.

Thomas Caietanus inuenit argutiorum soluendi rationem, ait enim 1. p. quæst. 27. art. 4. cognitionem coagere, ut ita dicam, cum operatione voluntatis, saltem quoad speciem actus, quod alio loco disputabimus: obiectum autem cognitum media cognitione confluere ad ipsam operationem voluntatis non ut res est, sed ut cognitum est. Ex quibus arguit amorem per operationem voluntatis emanantem ab ipso obiecto proficisci, non ut obiectum est res, sed ut est cognitum. Tunc verò colligit id quod argumentum intendebat, videlicet amorem procedentem, si conferatur cum sola voluntate, procedere ut similem; neque enim negat agens producere sibi simile: si verò amor comparatur cum voluntate, & obiecto simul, ait non procedere ut similem, quia ex altera parte deficit similitudo, dum procedit ab obiecto non ut res est, sed ut cognitum est.

Hæc explicatio multa habet incerta & obscura; si enim obiectum dicatur concurrere ut cognitum, hoc est, media cognitione, cum Caietanus credat cognitionem concurrere ad operationem voluntatis in genere causæ efficientis, in eo quoque genere concurrat obiectum, non per se, sed per cognitionem

mediam; quod autem concurrat ut causa efficiens, concurrat ut res, & ut ens est in actu, efficere enim est entis in actu. Præter hæc verò ex ista parte amor quoque procedit ut similis, quippe à principio efficiente, à quo perpetuo oritur similitudo aliqua, ut diximus. Si verò explicetur obiectum concurrere ut cognitum, ita ut cognitio sit medium, siue ratio formalis, qua res cognita voluntatem allicit in genere causæ finalis. Ex hac parte fateor, quòd amor ut à fine proficiscitur non effectus, sed allectus, non procedit ut similis: hoc tamen minimè confirmat amorem à voluntate non procedere ut similem; quauis à causa finali non accipiat similitudinem.

Thomas ergo Caietanus id fortè conatus est aperire, quod supra declarauimus, voluntatem non operari per modum naturæ; quia quatenus potentia est, quæ est cum obiecto coniuncta, non copulatur cum illo in ratione principij actiui, quasi cum forma perficiente, sed habet obiectum extra se: idè què amor procedit quidem similis voluntati, sed non per modum similitudinis; quia non procedit ab obiecto coniuncto potentia secundum esse, sed ab obiecto extrà proposito. Idè autem Verbum procedit per modum similitudinis, quia procedit à potentia coniuncta suo obiecto secundum esse intelligibile per speciem impressam, ut supra docuimus. Et hoc ipsum apparet esse id quod Caietanus ait, amorem non oriri ab obiecto, ut res est, sed ut cognitum est; nam illud esse cognitum non coniungitur cum ipsa voluntate secundum esse, sed extra proponitur: sed etsi amor procederet à cognitione in genere causæ efficientis, & idè procederet similis; adhuc non procederet ab illa quasi ab exemplari; idè què non procederet per modum similitudinis, quem explicauimus, hoc est, per modum imaginis, & expressæ similitudinis; idè què non esset diuinus Amor genitus. Sed neque procederet amor à voluntate, & cognitione simul per modum naturæ: quia cognitio etsi concurreret efficientèr cū voluntate simul ad producendum amorem, non per hoc coniungeret voluntatem cum obiecto, cum voluntas aliàs ex propria ratione non vendicet sibi

diam, ut tenet Caiet. concurrat ut res, & ut ens in actu, atque adè ut al similans.

Si concurrat finaliter, solavoluntas est agens.

9. Caietani mens, voluntatem nõ operari per modum naturæ.

Amor procedit quidem similis voluntati; sed nõ per modum similitudinis. Ratio.

Probatur eam esse mentem Caietani.

Etsi amor procederet à cognitione, ut ab efficiente, non tamè ut ab exemplari.

Dicti axiomatis interpretationes quædam.

1. interpret. Bañes q. 27. artic. 4. dub. 1. ad finem Refellitur.

Similitudo proportionis non nisi inter res inæquales inuenitur.

7. 2. interpret. Caiet.

Non negat dictum axioma

8. Hæc 2. interp. improbat.

Si obiectum concurrat efficientèr ad operationem voluntatis per cognitionem me-

Verbum procedit ab intellectu, & specie impressa, vt ab vno agente informato, & in actu.

Et si amor procederet à voluntate, & cognitione, non procederet vt ab vno, seu per modum naturæ.

10.
3. interpret.
Rada contr.
14. ex Scot.
ponit tres gradus generationis vniuocæ.
Primus.
Secundus.

Tertius.

Primo gradu ait nec Verbum, nec amor procedere simile vniuocæ.

Secundo gradu ait, Verbum esse rem intellectam: Amorem verò non esse rem dilectam.

Quoad 3. gradum eo solo, atque adeò imperfectè, ait amorem procedere similem.

eam coniunctionem; & ita amor procederet à voluntate, & cognitione, vt à duobus agentibus, & non ab vno; neque per modum naturæ: verbum autem procedit ab intellectu, & specie impressa, vt ab vno agente informato, & in actu: quia intellectus per speciem impressam, qua copulatur cum obiecto, informatur & fit in actu; & ita quod procedit ab intellectu sic informato, procedit per modum naturæ. Voluntas autem non est in actu per cognitionem vt per formam qua informetur. Quare etsi procederet amor à voluntate, & cognitione, quod tamè renuimus; tamè non procederet vt ab vno, neque per modum naturæ; semper ergo euincimus, quòd verbum procedat per modum naturæ, non amor.

Quidam Scotistæ, vt quæstionem enodent ex suo Scoto 7. Metaphys. cap. 9. comment. 30. volunt esse tres gradus generationis vniuocæ. Primum, cum similitudo est in vnitatis specifica formæ cum eodem modo entis in generante, & genito, vt ignis generat ignem. Secundum, quando modus entis non est idem, sed est vnitatis formæ specificæ inter vtrâque, vt imago artefacta conuenit cum exemplari in vnitatis speciei secundum esse intentionale (vt aiunt) sed non secundum esse naturale; & ita modus entis non est idem; imago enim est homo intentionaliter, non naturaliter: sed est species eadem hominis in vero homine, & imagine. Tertium, quando non est vnitatis specifica in generante, & genito; quia forma geniti solum eminenter & virtualiter inuenitur in generante, vt formæ rerum generabilium sunt in sole. Aiunt ergo primo modo vniuocam similitudinem neque in verbo, neque in amore reperi: quia neque verbum est intellectus, neque amor est voluntas; quia non procedunt in vnitatis speciei. Secundo modo verbum est ipsa res intellecta, à qua procedit non secundum esse naturæ, sed secundum esse intentionale; amor verò (inquiunt) non est ipsa res dilecta secundum esse naturæ, aut intentionale. Sed tertio modo amor est similis suo principio, scilicet voluntati, in qua est non formaliter, sed virtualiter. Et quoniam in Deo natura, & intellectus est idem; & esse naturale, esseque intentionale, siue intelligibile est etiam idem; verbum quod procedit ab intellectu & naturâ simul, est simile ipsi

A naturæ secundum esse intentionale, & naturale; & hæc similitudo perfecta indicat generationem: quæ similitudo non inuenitur in processione amoris ex propria ratione, sed sola similitudo imperfecta, in qua forma geniti solum virtualiter est in generante; quia non est vnitatis speciei ibi, neque secundum esse naturale, neque secundum esse intentionale.

B In hoc modo dicendi nihil est quod placeat. Primò, gradus generationis vniuocæ falsò recensentur: nam vbicunque in generante, & genito non est eadem species formæ secundum esse naturale, non est vniuoca generatio; nam vniuocum est quod constat eodem conceptu: imago autem quæ secundum esse intentionale est homo, verè non est homo; neque conuenit cum homine in conceptu huius nominis, homo, quod nomen est æquiuocum indicans verum hominem, & imaginem; homo enim pictus æquiuocè est homo. Quare imago secundum esse intentionale non procedit generatione vniuoca; malè ergo colligitur quòd in processione Verbi diuini inueniatur vniuoca similitudo, potius quàm in processione diuini Amoris.

C Deindè sicut in intellectu est quoddam esse intentionale, quod deficit à ratione entis naturalis; ita & in voluntate est quoddam esse morale deficiens ab ente naturali, vt Theologi agnoscunt. Et similiter est quoddam esse diligibile, etsi non pertineat ad mores, & non dicatur esse morale; quia non minùs amor est res diligibilis, quàm verbum sit res intelligibilis, vt antea declarauimus: per hæc enim verba solum declaratur delatio potentie in obiectum, qua delatione intelligens fit res intelligibilis, & diligens fit res diligibilis; ergo non declaratur sic maior vnitatis verbi procedentis cum obiecto, quàm amoris procedentis cum suo obiecto. Cum ergo similiter diuina natura sit ipsa voluntas in Deo, & esse naturale sit esse diligibile; perfecta similitudo inuenitur in processione diuini Amoris.

D Illud verò tolerari non potest, quòd vbi forma est in generante solum virtualiter, putent esse similitudinem vniuocam, & vniuocam generationem. Et hoc quod falsum est, auctorem senten-

11.
Hæc 3. interpretatio, Refellit. 1. absolutè.

Refellit. 2. quoad secundum gradum generationis vniuocæ.

Imago secundum esse intentionale non procedit generatione vniuoca

12.
Refellit. 3.

In voluntate præter esse naturale, est esse morale, & esse diligibile.

In Deo natura est ipsa voluntas, & esse naturale est esse diligibile.

13.
Refellit. 4. quoad tertium gradum, argumento ad hominem.

tia coarguit; nam consequitur ut processio quoque amoris sit uniuoca generatio, & processio Spiritus Sancti sit generatio proprie.

14. **Commune argumentum. contra traditas interpretationes.**

Mitto alia, & venio ad commune argumentum, quod etiam Thomae Caietani instat. Illudque præmittimus; ad generationem, scilicet, viuentis duo requiri, & quod sit de substantia viuentis, & quod sit secundum similitudinem; tunc sic proceditur. Processio Verbi ut sic, est quidem secundum similitudinem; sed ex propria ratione communi non est de substantia viuentis; cum verbum in nobis sit accidens: processio autem Verbi diuini est de substantia viuentis; quare hoc pertinet ad differentiam processionis istius; quia processio verbi in genere non includit hoc, quod includit processio Verbi diuini, ut sit de substantia viuentis; & tamen hoc satis est, ut processio Verbi diuini ex propria specie sit generatio: quod enim pertinet ad differentiam alicuius speciei, est de intrinseca ratione illius. Similiter ergo licet processio amoris in genere non afferat perfectam similitudinem, ut contendunt; processio tamen diuini Amoris affert perfectam similitudinem; ergo hoc habet ex propria ratione specifica: differentia enim maxime pertinet ad rationem speciei. Alia ergo indaganda est via deuitandi argumenti; & non est negandum processionem Spiritus Sancti ex propria ratione afferre perfectissimam similitudinem, quod alijs etiam comprobauimus rationibus capite præcedenti.

Ostenditur exemplo processionis Verbi, quod licet processio amoris in genere non afferat perfectam similitudinem, tamen processio diuini Amoris illam affert.

Nec est hoc negandum.

15. **Vera interpretatio, & resolutio difficultatis.**
Nec processio diuini Amoris, nec amoris in genere affert similitudinem disquiparantiam: At illam affert processio diuini Verbi, & verbi in genere. Vtraque diuina processio si similitudinem æquiparantiam affert infinitam.

Dicendum igitur est, processionem Spiritus Sancti non afferre similitudinem disquiparantiam, quæ est imitatio alterius exemplaris, ut docuimus. Et ita illud seruamus hac in re, quod est verissimum, scilicet diuinam processionem ex eo quod est diuina, aut infinita, non afferre aliud genus similitudinis, quam afferat processio communis in genere; verbi gratia, processio verbi in genere affert similitudinem disquiparantiam; eandem affert processio Verbi diuini, & infiniti: quam non affert processio Amoris in genere, neque processio diuini & infiniti Amoris. In eodem tamen genere similitudinis æquiparantiam diuina processio affert infinitam, summamque similitudinem; quod hi Doctores per incogitantiam negant; sed similitudo ista æquiparantiam fundata in vnitatem naturæ, etsi summa sit & infinita, non indicat filium aut genitum.

Denique perpendendus est usus nominum in re obscura; dicitur enim qui parietem dealbat illum assimilare alteri albo parieti, eò quod imbuat parietem albo colore, quo efficitur alteri similis; nominibus enim relatiuis fundamenta relationum significamus. Certissimum autem est Spiritum Sanctum procedere similem Patri, & Filio, imò simillimum in vnitatem indiuiduæ naturæ, ut ita loquamur. Videtur ergo concedendum Spiritum Sanctum assimilari Patri, ac Filio; & quod idem est, procedere ut illis similem.

Ad cuius quæstionis expeditionem recolendum est animo, quod dictio, ut, apud Dialecticos facit sensum reduplicatiuum, & specificatiuum. In sensu specificatiuo exprimitur propria ratio formalis cuiusque rei; in reduplicatiuo causa rei. In sensu ergo specificatiuo, cum dicitur Spiritus Sanctus procedere ut similis, significatur quod ratio formalis termini illius processionis sit similitudo. Et hoc falsum est, quia terminus processionis diuinæ est vel ipsa natura, quæ est terminus essentialis; vel proprietas personæ, quæ est relatio. Cum ergo relatio similitudinis æquiparantiam, neque sit natura, neque proprietas Spiritus Sancti; falsum est asserere in sensu specificatiuo, quod procedat ut similis; ita ut exprimat formalis terminus processionis. Reduplicatiue autem est verum, quod procedit ut similis, vel (quod est clarius) quod ut procedit est similis, hoc est, quod processio est causa similitudinis: sicut enim Spiritus Sanctus per processionem habet naturam diuinam, ita & similitudinem; sicut etiã aqua, ut mouetur motu calefactionis, est similis igni in calore, quæ tamen similitudo non fundatur in processione, sed in natura procedentis. Similiter ergo discernendus est sensus propositionis, quod Pater & Filius assimilant sibi Spiritum Sanctum: si enim significetur quasi fundamentalis assimilatio, sicut qui dealbat parietem assimilat illum; potest concedi, quod dum Spiritui Sancto communicant naturam, conferunt quoque similitudinem in natura. Si verò assimilare formaliter accipias

16. **De usu nominum hac in re.**

Quæstio, utrum Pater, & Filius assimilent sibi Spiritum Sanctum: seu, utrum Spiritus Sanctus procedat ut illis similis.

17.

1. dictum. Spiritus Sanctus non procedit ut similis, supra dictione, ut, specificatiue. Probatur.

2. dictum. Procedit ut similis; seu, ut procedit est similis supra, ut reduplicatiue.

Exemplum.

3. dictum. Pater, & Filius Spiritum Sanctum sibi assimilant fundamentaliter, communicando vnã, & eandem secundum naturam.

pias

4. dictum. Non assimilat formaliter exemplando, seu producendo similitudinem, ut terminum formale.

18. Quoad usum loquendi, sensus reduplicatiuus durior est, & minus utilis. S. Thom. Sp. Sanctus procedit similis, non procedit per modum similitudinis.

19. Sententia Rada cōtro- uersia 14. est Spiritum Sanctum verè esse genitum.

Reijcitur ut fere heretica.

Concilia. Symbola.

Pro Rada commentarius temerarius. Improbatur. Exemplum notandum.

pias pro ea operatione, quæ est exemplatio, & fundamentum similitudinis, assimilatio, siue processio diuina terminatur ad similitudinem subsistentem, quæ est imago; nullo modo dicendum est Patrem, & Filium assimilare sibi Spiritum Sanctum.

Quoad usum verò loquendi, forsitan aliquis non abs re concedet Spiritum Sanctum procedere ut similem, in sensu reduplicatiuo; qui sensus magis durus est, & minus utilis in re proposita. Sanctus Thomas non ait procedere ut similem, sed procedere similem, cum proposito sibi argumento, ad quæstionem respondere. Quòd verò procedat per modum similitudinis nullus rectè enunciat: nam per modum similitudinis significat non solum similitudinem rei productæ, sed ipsum modum processionis, in quo fundatur ratio imaginis, in qua est expressa similitudo.

Ad finem notationum necesse est perniciosa quorundam refellere sententiam, qui audent dicere Spiritum Sanctum esse propriè genitum, sed non natiuitate uiuentium, quæ definitur ut sit secundum similitudinem naturæ; aiunt enim generationem in genere completi ipsam processionem Spiritus Sancti, ita ut sint duæ processionem generationes duæ. Quæ uerba planè nihil ferè distant ab heresi; nam etsi possint adhuc tueri Spiritum Sanctum non esse Filium, quia Filius est imago, & secundum similitudinem genitus, quod de Spiritu Sancto non concedunt: tamen non possunt negare Spiritum Sanctum esse genitum, siquidem eius processio est uera generatio; sicut non potest negari ignem gignere ignem, etsi ignis genitus non sit filius. Quamobrem etsi commententur concilia, & symbola Ecclesiæ dicentia Spiritum Sanctum non genitum, sed procedentem, quòd intelligant Spiritum Sanctum non genitum generatione uiuentis. Commentarius iste in re tanta valde temerarius est, & nihili æstimandus; sicut enim si quis negaret hominem esse animal, omnibus modis falsum assereret, quauis uelit interpretari, non esse hominem animal quale est brutum. Ita si Spiritus Sanctus verè esset proprièque genitus, ut hi uolunt, falsò quis negaret esse genitum, quauis non sit genitus ut Filius: quare falsa essent cõcilia hoc te;

A stantia, quòd Spiritus Sanctus non sit genitus. Et confirmatur, quia genitum de substantia uiuentis, quod non sit Filius, paradoxon est. Confirmatur.

Occurrit ergo animo noua quædam quæstiuncula, quænam sit propria ratio generationis, ut est quid commune ad generationem uiuentium, & non uiuentium? Nam designata animo definitione illa communi; videndum erit quare non conueniat processionem Spiritus Sancti generatio cõmunis, ut sint duæ processionem diuinæ generationes duæ. Dicendumque est, generationem non uiuentium quodam modo imitari generationem uiuentium, eò quòd procedit in materia dispositio, quæ est instrumentum generantis induens formam geniti in materia eadem; sicut semen quod est in generante, est instrumentum generationis: deficit tamen maximè generatio non uiuentium, quia non est a principio cõiuncto, ita ut substantia gignentis traducatur in genitum; ergo ubi non disponitur materia ad formam, aut forma non producit in materia, hoc genus generationis physicæ non inuenitur. Ideoq; Eua non dicitur generata, sed effecta, & angelus non genitus, sed creatus; quia effectio Eua non habuit dispositionem in materia præcedentem, & angelus est forma subsistens absque materia; hoc ergo genus physicæ generationis non potest in Deo cogitari, in quo nulla est materia, neque dispositio.

Sed adhuc superest meditanda definitio illa generationis completentis uiuentium, & non uiuentium ortum; quæ ita ex cogitanda est, ut non conueniat processionem Spiritus Sancti, & conueniat generationem diuini Verbi, quæ est uiuentis natiuitas. Videtur igitur dicendum, quòd generatio in genere sit productio rei alicuius per modum assimilationis, & exemplationis. Et quidè in uiuentibus inuenitur perfecta exemplatio in substantia, quia semen, quod est uice exemplaris in generante, ingreditur compositionem substantialem geniti. In non uiuentibus verò in materia geniti antecedunt dispositiones loco exemplaris, in quibus continetur forma geniti, ut in uirtute assimilatua. Processio uerò a-moris non est secundum antecedentem similitudinem ut sit quasi exemplatio, ut liquet ex dictis: quare secernitur me-

20. Noua quæstiuncula. Quænam sit definitio generationis in genere seu in comuni ad generationem uiuentium, & non uiuentium? Harum generationum conuenientia.

Discrimen. Generatio non uiuentium non est a principio coniuncto.

21. Resolutio. Generatio in genere est productio rei alicuius per modum assimilationis, & exemplationis. In non uiuentibus antecedunt dispositiones in materia, loco exemplaris, & seminis.

Coroll. Processio a-

moris non est generatio, etiam loquendo de generica,

ritò non solùm à communi definitione generationis viuentium, sed etiam à generatione ipsa generica, quæ est communis non viuentibus.

Responsio.

22. Ad primum.

Ad primum argumentum respõdetur cõcedendo antecedens, quòd in rebus creatis nulla est processio viuētis à viuēte cõiuncto in natura specifica, quæ nõ sit generatio; quia nulla est talis processio, quæ non sit per modum naturæ, & per modum similitudinis; eò quòd natura creata definita est ad vnicũ modum cõmunicationis substãtialis: sed in Deo est processio viuentis à viuēte cõiuncto in vnitae naturæ eiusdem, quæ non est generatio; & idcirco in ipsa definitione generationis rectè additur, & quòd sit per modum naturæ, & per modum similitudinis. Quamuis ergo in Deo sit alia processio viuentis in natura eadem, satis est quòd hæc discernitur à generatione diuina per ipsas particulas generationis in genere definitæ.

Nõ in creatis, at in Deo est processio viuentis à viuēte cõiuncto in vnitae naturæ eiusdẽ, quæ non est generatio.

Ad confirm. Vbi differentia propria est occulta, explicatur per aliquid circumstantis.

Ad confirmationem respondetur, quòd vbi differentia propria est occulta, possumus definire per ea quæ circumstant; & ita definimus generationem viuentium, per similitudinem consequentẽ quæ in generatione fundatur.

23. Ad 2. argum. In creatis processio amoris si substantialis esset, nõ esset generatio

Ad secundum respondetur, quòd in creaturis processio amoris, quæ non est per modũ naturæ, est accidentalis: quòd si substantialis esset, esset quoque processio viuentis, & nõ generatio. Ad perfectionem ergo diuinam pertinet, quòd sit in Deo substantialis hæc processio, quæ generatio non est. Et ita soluit S. Thomas de Potẽtia q. 10. art. 2. ad 17. Interest autem & hoc diuinæ excellentiæ, quòd sit in Deo duplex substantialis processio, & non sola generatio, propter infinitatem intellectus & volũtatis, quæ sunt processio num principia.

24. Ad 3. arg. Hæc consequentia, Spiritus Sanctus procedit vt Deus, ergo vt similis: negatur in sensu specificatiuo: in reduplicatiuo cõceditur.

Ad tertium negatur consequentia in sensu specificatiuo, Procedit vt Deus; ergo vt similis. Nam Deitas est terminus essentialis processio nis; similitudo verò non est terminus processio nis Sp. Sancti. In sensu vero reduplicatiuo cõceditur; sed minimè sequitur, quòd procedens vt similis similitudine consequente naturam, procedat vt Filius; nam similitudo propria generationis, quæ in Filio inuenitur est ea, quæ in ipsa generatione

A fundatur; estque similitudo expressa ab exemplari; & est in Deo realis relatio subsistens & processio nis terminus, vt est satis in anterioribus explicatum. At verò Spiritus Sanctus procedit vt Deus similis in natura, vt S. Thomas admonet; sed nõ est ipsa similitudo procedens.

Cum autem hoc ipsum conaris, quòd similitudo quoque Spiritus Sancti fundetur in processio ne; omninò negam.

B Probationi autem concedimus assumptum, quòd omne agens producit sibi simile; negamus tamen eam similitudinẽ in productione perpetuò fundari; nam similitudo æquiparantiæ fundatur in vnitae naturæ, vt omnes fatentur, & lib. 3. dicemus. Maximè ergo abhorrent à vero, qui Spiritus Sancti processio nem eã ob causam à generatione separant, quia voluntas non producat simile; imò et si per voluntatem diuinam producatur aliquid simile similitudine perfectissima, qualis est æquiparantiæ; ea similitudo non fundatur in processio ne, sed in vnitae naturæ; ideoque ad generationem non pertinet. Negatur ergo consequentia, Omne agens producit sibi simile; ergo similitudo fundatur in productione: nam similitudo æquiparantiæ per accidens coniungitur cum productione; cum eæ etiam res sint similes, quæ non procedunt à suis similibus: similitudo autem disquiparantiæ & imaginis per se consequitur actionẽ, quæ est exemplaris traductio; & in ea actione fundatur.

C Ad confirmationem respondetur concedendo, quòd ex vi processio nis tanquam ex causa, habet Spiritus Sanctus similitudinẽ cum Patre, quæ similitudo consequitur naturam; est enim æquiparantiæ. Et quoniam in diuinis rebus nihil ponimus quasi per accidens, dicendum est eam similitudinẽ, qua Spiritus Sanctus est similis Patri & Filio, cum processio ne Spiritus Sancti per se coniungi; sed tamen esse eiusdem rationis cum alijs similitudinibus æquiparantiæ, quas in Patre & Filio cogitamus. Eadẽ autem species similitudinis æquiparantiæ est in Patre, & in Filio, & Spiritu Sancto, ita vt cogitentur similes similitudinibus relatiuis quasi solo numero distinctis; hæc autem lib. 3. explicatiùs dicentur. Concedimus igitur quòd Spiritus Sanctus ex vi processio nis habet similitudinẽ consequentẽ naturam,

D Ad confirm. In Deo nihil ponitur quasi per accidens. Similitudo æquiparantiæ p se cõiungitur cum processio ne Sp. Sancti: sed est eadem specie in alijs personis.

Sp. Sanctus procedit vt Deus similis in natura; sed non est ipsa similitudo procedens, seu in processio ne fundata.

25.

Similitudo æquiparantiæ in creatis per accidens coniungitur cum productione. Similitudo disquiparantiæ p se cõiungitur cõ actione exemplare, & in ea fundatur. Ad confirm.

In Deo nihil ponitur quasi per accidens. Similitudo æquiparantiæ p se cõiungitur cum processio ne Sp. Sancti: sed est eadem specie in alijs personis.

quæ

26.
Ad 4. argum.
Ad ultimum
respond. cum
S. Thom.
Similitudo, id
est, res similis,
est principium
amoris finale,
non efficiens
aut exemplare

Principium
processionis in-
telligibilis nō
est imago, seu
species expref-
sa, sed exēplar.

quæ similitudo per se cōiungitur cum ea
processione; non tamen fundatur in illa;
quia non est similitudo disquarantia,
quæ in actione fundatur: vt liquet in si-
militudinibus æquiparantia Patris & Filij,
quæ cum sint eiusdem rationis, non fun-
dantur in actione, sed in vnitate natu-
ræ.
Ad quartum iam respondimus in no-
tationibus. Ad vltimum respondetur cū
S. Thoma 1. p. q. 27. art. 4. ad 2. quod si-
militudo est principium amoris quate-
nūs amamus ea, quæ sunt nobis similia:
est ergo similitudo principium amoris
in genere causæ finalis; non efficientis,
aut exemplaris; idēque amor proce-
dens à similitudine tanquam ab obiecto
appetibili, non procedit quasi exempla-
tus à similitudine, sed potius vt quædam
inclinatio in illam; & ideo non procedit
per modum similitudinis, vt exemplatū
ab exemplari. Cum autem dicimus si-
militudinem esse principium finale, non
intelligimus de ipsa relatione, sed de re
ipsa simili, vt frequentē vsurpamus pro
absolutis relatiua; in processione autem
intelligibili, similitudo expressa non est
principium, sed terminus; id enim quod
procedit est imago; principium autem
processionis intelligibilis nō est imago,
sed exemplar.

CAPVT XX.

*Due sunt Diuine Processiones re ipsa
formaliterque distinctæ.*

C Aput diuidimus in partes duas.
Prima Pars. *Due sunt diuine pro-
cessiones re ipsa, formaliterque distin-
ctæ.*

Secunda. *Non sunt plures processiones,
quàm due.*

PRIMA PARS.

*Due sunt diuine processiones re ipsa,
formaliterque distinctæ.*

Q Vòd processio Spiritus Sancti di-
stincta sit ratione formali, & quasi
definitione, à generatione Verbi per ca-
pita complura indicauimus. Quòd au-
tem hæ duę processiones re ipsa distin-
guantur Ecclesia prædicat, quæ docet di-
uinas personas esse proprietatibus dis-

De fide est pro-
cessiones diui-
nas distingui
re ipsa.
Probatur ex
ecclesia distin-

tinctas; sed genitum esse, est proprietas
Filij incommunicabilis; & spiratum esse
est proprietas Spiritus Sancti etiam in-
communicabilis; ergo hæ duę proces-
siones sunt re ipsa distinctæ. Confirma-
tur, quoniam Patres distinguunt perso-
nas modò per relationes, modò per ori-
gines, seu processiones; ergo eæ proces-
siones, quæ sunt propriæ personarum, &
incommunicabiles, distinguuntur re ip-
sa, sicut & personæ.

Quod vt melius percipiatur aduertē-
dum est, in Deo esse originem quasi ac-
tiuam in persona, quæ producit aliam; &
processionem quasi passiuam in perso-
na, quæ producit; vt in Patre est gene-
ratio actiua, natiuitas verò, seu genera-
tio passiuæ in Filio est: sicut ergo pater-
nitas & filiatio, quæ sunt relationes op-
positæ, re ipsa distinguuntur; ita genera-
tio actiua & passiuæ; eò quòd generatio
actiua est in solo Patre, passiuæ verò in
solo Filio: similiterque spiratio actiua
est in Patre, & Filio non incommunica-
bilis, sed communis vtrique; ideoque nō
distinguitur à Patre & Filio; spiratio au-
tem passiuæ est in solo Spiritu Sancto in-
communicabilis; ergo similiter spiratio
hec passiuæ propria spiritus Sancti, & ge-
neratio passiuæ propria Filij; cū sint pro-
prietates incommunicabiles personarū,
re ipsa distinguuntur; quod est fide Ca-
tholica confitendū. Qua de re S. Thom.
de Potentia, q. 10. art. 2. ad 7. Durandus,
Ioannes Scotus S. Bonauent. Ægidius
& Richardus d. 13. libri primi sententi-
arum, cum alijs.

Iam verò cum hæ processiones dis-
tinguantur re ipsa, suisq; rationibus for-
malibus, efficitur vt distinguantur for-
maliter; nam inter attributa ideo nega-
mus distinctionem formalem, quia dis-
tinctio formalis est realis; in attributis
autē nulla omninò est realis distinctio;
cum ergo inter personas diuinas fatea-
mur realem distinctionem, formalem et-
iam fateri decet; nam distinctio realis,
quæ non est formalis, materialis est, à
Deoque remouenda. Sed vnde harum
processionum distinctio siue formalis,
siue realis accipienda sit, alio est loco tra-
ctandum.

Sed tamen etsi duę processiones dis-
tinctione reali, formalique distinguantur,
quia pertinent ad personas distinctas; in
eadem tamen persona processio passiu-
ua

guente perso-
nas p proprie-
tates atq; adeò
p processiones

Cōfirmatur ex
Patribus.

2.
Aduert.

Origines qua-
si actiuæ, & pro-
cessiones qua-
si passiuæ, eò
quòd incommu-
nicabiles, sunt re ipsa di-
stinctæ.

S. Thom.
Durand.
Scotus.
S. Bonanēt.
Ægidius.
Richard.

3.
Confectariū.
Diuine pro-
cessiones dis-
tinguuntur for-
maliter.

Distinctio rea-
lis, quæ nō est
formalis, ma-
terialis est.

4.

In eadem per-
sona, vt in Pa-
ua

tre duplex origo actiua, in filio processio passiuua, & origo actiua, sola ratione formalis per intellectum distinguuntur.
S. Thom.
Scotus.

Durandus solus hac de re perperam.

Capreol.

Alfons. Tol. non recte.

5. Proponitur sententia Cano apud Bañes.

Aliorum sententia conformis philosophiae Caietani.

Hec posterior refellectur.

ua ab vna, & origo actiua in aliam; verbi gratia, natiuitas in Filio passiuua, & spiratio actiua; & in Patre duplex origo actiua, scilicet generatio, & spiratio, neque reali, neque formali distinctione discernitur, sed sola ratione formali per intellectum, vt probè docet S. Thom. in 1. d. 13. q. vnica, art. 2. & 1. p. q. 36. art. 2. & 4. contra gentes cap. 24. & consentit Ioan. Scotus in 1. d. 13. q. 1. art. 2. alias persona diuina non esset simplex. Neque; vllus Theologus discordat, præter Durandum eadem q. 2. art. 3. qui ea in re non est audiendus, cum perperam philosophatus sit de simplicitate diuinarum personarum, vt lib. 1. docuimus. Et hoc idè argumentum est de relationibus conuenientibus in persona eadem, quod tractabimus lib. 3. Vide Ioannem Capreol. ibidem q. 2. art. 2. contra Durandum. Alfonsus Toletanus d. 13. q. 1. art. 4. ad argumenta Durandi ait duas origines in eadem persona distingui virtualiter realiter. De qua re lib. 1. disputauimus: quia si actualis distinctio non est, realis non est; nisi solo nomine fortasse, quia scilicet distinctio rationis fundatur in rebus, libeat dicere realem; sed non rectè sic dicitur.

Aliqui ex Thomistis cum quibus Melchior Cano sentit, vt refert Dominicus Bañes q. 27. art. 4. dub. 2. processiones dixerunt differre numero, sed non formaliter, sicut nec specie, eò quòd distinctionem formalem non nisi essentialem agnoscerent, & specificam. Cum igitur in Deo vna sit essentia, & quasi species, personarum autem distinguantur non vt species, sed vt indiuidua; consequitur vt processiones quoque nõ formaliter, aut specie, sed numero duntaxat distinguantur; quia ipsæ processiones sunt proprietates personarum. Alij respondent personas diuinas distingui quidem numero, sed proprietates personarum etiã in nobis distingui specie in suo genere, fortè ad eum sensum quo Thomas Caietanus credidit calorem hunc, & illum distingui essentialiter indiuidualiter. Verũ nunquam hoc nobis persuadebimus, vt indiuiduas essentias quasi additas vniuersalibus intelligamus, vt libr. 4. disputabimus. Profectò sicut personarum numero, non specie distinguuntur, ita & earum proprietates non specie, sed numero necesse est esse distinctas. Dicen-

A dum igitur est, quòd proprietates diuinarum personarum hoc habent singulare, quòd sunt etiam relationes & origines: & sicut in genere relationum paternitas, & filiatio differunt non numero solo, sed quasi specie, vt cum S. Thoma lib. 3. exponemus; ita & processiones scilicet natiuitas, & spiratio passiuua in genere processionis, distinguuntur non numero solo, sed quasi specie & quidem formaliter, vt lib. 1. docuimus: nam omnis distinctio formalis est essentialis, aut specifica. Vnde verò petenda sit ista distinctio formalis processionum docebitur ad finem libri huius de termino processionis disputaturi.

SECUNDA PARS.

Non sunt plures processiones diuinae, quàm dua.

Preterea oportet id quoque disputare, quòd hoc cap. maximè volumus statuere, quòd nõ sint plures diuinae processiones quàm dua commemoratae, generatio scilicet, & processio Spiritus Sancti. Hoc autem S. Thom. 1. p. q. 27. art. 5. & de Potent. q. 10. art. 1. aptissimè demonstrat: quia diuinae processiones sunt secundum operationem, est enim processio operatio quaedam. At verò in natura intellectuali materia experti solæ sunt operationes intellectus, & voluntatis, quæ maneat in ipsa natura. Cum ergo diuinae processiones sint operationes naturæ rationalis, & quæ maneat in natura; sunt enim intra diuinam substantiam, vt dicemus: necesse est vt secundum operationem intellectus & voluntatis spectentur; sunt ergo processiones dua, altera secundum operationem intellectus, altera secundum voluntatis actionem. Obseruat autem elegantè S. Thom. de Potentia q. 9. art. 9. in diuina cognitione, & dilectione circulum duci: quia cognitio incipit à re cognita, dilectio autè trahitur ad rem dilectam. Et ita à Deo per cognitionem, & dilectionem reditur ad Deum. Circulo autem nihil additur. Et ita in illo circulo sunt dua processiones secundum cognitionem & dilectionem, & non possunt fingi plures. Per hæc autè probatur, quòd duæ sint quasi species diuinarum processionum. Quòd verò per vnã operationem

Contra vtrãq; sententiam, Conclusio.

Processiones diuinae nõ solum numero, sed quasi specie, & formaliter distinguuntur.

1. Non sunt plures processiones diuinae quàm dua, & hæc sunt quasi species dua.

In natura intellectuali solæ sunt operationes intellectus, & voluntatis.

Idem obseruat in diuina cognitione, & dilectione circulum duci. Circulo nihil additur.

nem vna sola persona procedat, & per alteram sola altera, alias disputadū est.

Obseruat S. Thomas 1. p. q. 27. art. 5. a. rationem sensus non esse omnino internam, quia mouetur sensus a sensibili externo; sed tamen sensus internus non mouetur nisi a sensibili interno, scilicet a phantasmate; sicut intellectus possibilis ab specie interna. Est tamen sensus etiam internus cum materia coniunctus, quæ in Deo non reperitur: quare processiones diuinæ non possunt attendi secundum operationem sensus etiam interni; sed secundum operationem intellectus & voluntatis.

Sed contra est argumentum, quia distinctio realis non potest sumi a distinctione rationis quæ est minor; sed intellectio, & dilectio sola ratione distinguuntur in Deo; ergo processiones diuinæ non inde accipiunt realem distinctionem, vt S. Thomas vult. Quidam respondēt intelligere & velle non accipi modò vt sunt operationes essentielles, sed notionales, ita vt intelligere sit productio ipsa Verbi; quod tamen est falsum, vt postea confutabimus. Sed neque aduertūt ipsas productiones actiuas non distinguere, sed sola ratione, quia vtraque est in Patre: stat igitur argumentum quòd inde non petatur distinctio realis processionum. Post hoc non perpendunt a distinctione rationis posse oriri distinctionem realem, nõ vt a causa distinctionis, sed vt ab obiecto, vel principio specificatio; quia voluntas & intellectus versantur circa eandem rem: modo tamen diuerso tendendi in obiectum distinguuntur. Ita ab intellectu & voluntate diuinæ quodammodò sumunt quasi speciem duæ processiones, at verò esse re ipsa distinctas dicimus propter ordinem ipsarum potentiarum, licet sit ordo rationis, vt dicemus cap. 63. de termino processions disputantes. Denique S. Thomas in art. 5. q. 27. non discernit has processiones distinguere re ipsa, sed non posse esse plures processiones in Deo; quia non sunt plures operationes intelligibiles, quæ cognitio, & dilectio: quod argumentum firmissimum est.

Dicamus ergo breuiter distinctionem rationis inter intellectum, & voluntatem, siue intellectionem & dilectionem, non esse causam distinctionis realis processionum, sed esse argumentum & indicium

A talis distinctionis, vel esse quasi radicem illius; quia ex eò quòd intellectus, & voluntas distinguuntur rationibus formalibus, habent ordinem rationis inter se; & ordine illo seruato prima origo, quæ est per intellectum, antecedit secundam, quæ est per voluntatem; quare necesse est in prima origine, & processione intelligere personas duas: ergo in processione secunda id quod procedit, a duobus procedit, & est persona tertia vt potè procedens a duabus; & sicut sunt duæ personæ procedentes res duæ distinctæ, necesse est esse duas processiones res duas distinctas. Causa verò, seu ratio distinctionis realis processionum est ordo originis, qui est ordo realis; quia processio Filij ordine naturæ antecedit in Filio, ante processionem Spiritus Sancti, quæ est a Filio. Et ita distinctio realis processionum sumitur formaliter ab ordine reali inter ipsas processiones, vt docet S. Thomas de Potentia q. 10. art. 2. & q. 27. art. 4. ad 1. licet radicaliter petatur ab ordine rationis, qui est inter intellectum, & voluntatem diuinam.

C Opus est autem attendere & ad hoc animum, quòd processio Verbi dicitur quoque generatio Filij, quæ est processio viuientis per modum naturæ; non tamen sunt duæ processiones etiam ratione distinctæ, sed vna & eadem distinctis conceptibus explicata. Sicut enim naturam diuinam vnam duntaxat consideramus, quasi speciem indiuisibilem, quam plurimis notionibus attributorum explicatius contemplamur; ita vnam relationem personalem, quasi speciem indiuisibilem meditamur, licet hanc eandem relationem plurimis nominibus declarem, vt quòd sit Filius, quòd Verbū, quòd imago. Ac sanè ad eundem modum processione Filij, quæ est quasi species vna indiuisibilis, modò generationem dicimus, modò Verbi productionem, vel imaginis expressionem. Est autem species altera processions in Spiritu Sancto, siue spirationem, siue amoris effusionem nominemus.

Ex quibus etiam constat non ideo vnam personam diuinam alteri dignitate præcellere, quòd pluribus nominibus nuncupetur, vt Verbum dicitur, & Filius, & imago; Pater autem dicitur duntaxat Pater; id enim accidit, vel quia

tum, & voluntatem diuinam, distinctio realis processionum sumitur radicaliter, formaliter verò ab ordine reali, qui est inter processiones.

Idem. Processio Verbi & generatio Filij non sunt duæ processiones etiam ratione distinctæ sed vna distinctis conceptibus, ac nominibus explicata.

6. Nomina plura vnius personæ non sūt argumentum maioris perfectionis,

nomi;

2. Idem. Processiones diuinæ nõ possunt accipi secundum operationem sensus etiam interni cum sit materialis.

3. Obiectio.

Responsio Bañes vbi supra.

Refellitur 1.

Secundò.

Ipsæ productiones actiuæ sola ratione distinguuntur.

1. Respõs. vera Ad distinctionem rationis potest oriri distinctio realis, non vt a causa, sed vt ab obiecto, indicio, & quasi radice illius.

2. Responsio. pro S. Thom.

4. 1. Responsio. declaratur, & probatur. Ab ordine rationis, qui est inter intellec-

nomina nō suppetūt apta ad res diuinas significandas, vel etiā quia vna diuina processio consentit in pluribus analogijs cum rebus creatis, quā altera; à quibus analogis nomina deriuamus. Nam generatio Filij conuenit etiā cū intelligibili loquutione nostra, vt explicauimus; processio autem Spiritus Sancti non habet similem sibi processionē substantialem inter res conditas, sed sola est analogia in processione amoris à voluntate.

7.

Vt autem clariùs liqueat generationem Filij esse ipsam Verbi diuini emanationem, etiam quoad formalem rationem completam. Aduertendum est, id quod supra ostendimus, Filium esse quasi speciem contentam in imagine, quia est vna, substantialisq; imago; Verbum autem diuinum est quasi species contenta sub nomine Filij, quia est Filius intelligibili loquutione procedens. Itaque eadem persona secundum rationē imaginis conuenit cum pluribus rebus creatis; secundum rationem filiationis coarctata est ad imagines consubstantiales; secundum rationem verbi est distincta à ceteris filiis ortu carnis progenitis. Et ita Verbum est propriissima ratio diuinæ personæ, quæ est substantialis proles intellectus. Perficitur enim quodammodò, & cōpletur ratio filiationis in verbo; cū enim omnia hæc ad similitudinem pertineant, imago, & filius & verbum; consubstantiale verbum absolutissimam similitudinem explicat. At verò secundum varias analogias eadem persona modò Imago, modò Filius, modò Verbum nuncupatur. Est ergo vna & eadem species processionis, ea quæ dicitur processio Verbi & generatio; altera verò species est processio Spiritus Sancti, quæ est etiam amoris profusio; & spiratio passiuā dicitur. De causa verò siue ratione distinctionis reū diuinarum processionum, postea disputandum.

CAPVT XXI.

Argumenta refelluntur.

1. argum.

Ocurrunt tamen non magni momenti argumenta, sed quæ rem efficiant clariorem. Primò arguitur, ad hoc probandum, quòd vnica sit processio in

A Deo; ex Comment. 7. libr. Physicorum text. 23. & 8. Physicorum text. 46. & 12. Metaphys. comment. 13. & 18. Mures ex terra putri procreati sunt alterius speciei ab ijs muribus, quos mures gignunt; ergo distincta procreatio est causa distinctæ naturæ, & substantiæ in specie; sed in Deo vna est natura & substantia; ergo vna processio, nō duæ. Et cōfirmatur, quoniam si hæc duæ processionēs solo numero distinguuntur, vtraque est generatio; quod negamus: si verò distinguuntur specie; ergo sunt ad terminos speciei distinctos; terminus autem processionis est essentia; ergo sunt distinctæ essentiæ in Deo, quòd est hæreticum.

B Secundò, in Deo non est alius, & alius modus; est enim modus quasi adiectio, siue additamentum rei, quòd est imperfectionis, & compositionis argumentum; ergo non sunt in Deo duæ processionēs, altera per modum naturæ, altera per modum voluntatis, vt supra diximus.

C Tertiò, in Deo eadem est distinctio inter naturam, & intellectum, quæ est inter intellectum, & voluntatem; sed processio naturæ quæ est generatio, est processio eadem, quæ est ab intellectu; ergo est eadem etiam quæ est à voluntate; ergo non sunt duæ processionēs, altera ab intellectu, altera à voluntate.

D Quartò, ea quæ solo numero distinguuntur, non producuntur actionibus naturalibus specie distinctis, vt Petrus, & Paulus, quorum vterque gignitur generatione naturali eiusdem speciei; sed Filius, & Spiritus Sanctus solo numero distinguuntur; ergo hæc processionēs, si sunt distinctæ, solo numero distinguendæ sunt, & non formalitèr, & quasi specie.

E Quintò, ab vno perfecto non nisi vnū naturalitèr procedit; id enim quòd est perfectum, vna productione producit totū quòd potest, si naturalitèr producat; sed Pater est vnus: ergo ab eo sola vna processio, & vnus procedet. Et cōfirmatur, quoniam agens perfectius operatur per pauciora; ergo perfectissimum operans vna operatione operatur.

F Sextò, natura diuina est purus actus: ergo debita est illi operatio proximè emanans à natura; est enim imperfectio naturæ, vt indigeat operatrice virtute; ergo præter operationem intellectus & voluntatis.

Comment. ait mures è putri materiapro creatos, esse alterius speciei ab ijs, quos mures gignunt.

Confirm.

2. argum.

3. argum.

4. argum.

5. argum.

Confirm.

6. argum.

Imago est ratio cōmuniōr secundæ personæ: Filius magis propria: Verbum consubstantiale propriissima, & absolutissimam similitudinem explicans.

Respondio ad 1. argum. 2. argum. 3. argum. 4. argum. 5. argum. 6. argum.

voluntatis meditari possumus in Deo aliā A
processionē proximē à natura fluentē.

7.
Ultimum ex
S. Dionys.

Ultimò S. Dionys. de diuinis nomi-
nibus cap. 2. ait, pertinere ad diuinā bo-
nitatem vt procedat; ergo præter duas
processiones est vltima processio à di-
uina bonitate.

8.

Ad 1. argum.
Respond. 1.
Comētatoris
asseritū esse mi-
nus verisimile
Respond. 2.
Mutari speciē
naturę cōtin-
git ex defectu
generationis.

Responsio.

AD primum argumentum respon-
detur, ex defectu generationis mu-
tari speciē, quod cernimus in mulo, &
in portētis. Quare etsi mures editi è lu-
to, vel terra putrida dicantur esse alte-
rius speciē, quod non satis credimus;
non inde arguitur, ad processionem di-
uinam distinctam speciē consequi natu-
ram distinctam; quia vtraque processio
est perfectissima, cuius terminus est ea-
demmet natura. Ad confirmationē res-
pondetur, quod hæc duæ processiones
sunt quasi speciē distinctæ, & licet con-
ueniāt in termino formali essentiali, qui
est diuina natura, suos tamen habēt ter-
minos, quasi speciē distinctos, vt suo lo-
co ostendemus. Respondetur secundò,
quod distinguuntur penes diuersū prin-
cipium, scilicet intellectum, & volunta-
tem; vel penes ordinem originis, vt in-
fra quoque disputabitur.

Ad confirm.
Respond. 1.
ex dicendis.

Respond. 2.
ex dicendis.

9.

Ad 2. argum.
Modus nō est
in natura, aut
voluntate di-
uina, sed in in-
telligētia no-
stra considerā-
te naturā ema-
nationem.

Ad secundum cōcedimus antecedēs,
scilicet in Deo non esse modum rei; imò
nihil in Deo probè meditatur, quasi
modum adiacentem, vt diximus libr. 1.
Sed explicamus potiùs nostræ modum
intelligentię, dum dicimus Filium Dei
procedere per modum naturæ, hoc est,
procedere ea processione, qua nos con-
sideramus naturæ emanationem. Itaq;
modus non est in Deo, sed est in nobis
modus intelligendī.

10.

Vtraq; proces-
sio diuina est
à natura, vt à
principio for-
mali.

Ad tertium respondetur, quod proces-
sio, quæ est à voluntate, & quæ est ab
intellectu diuino, vtraq; est à natura, qua-
si à principio formali, vt infra explicabi-
mus: sed processio quæ est ab intellectu
dicitur esse per modum naturæ; nō quod
sint duę operationes, altera naturæ, alte-
ra intellectus, vt argumento indicatur;
sed quia ipsa operatio intellectus est per
modum naturæ: sunt ergo in natura ea-
dem processionibus duæ, altera intelle-
ctus, altera voluntatis.

11.

Ad 4. argum.
Respond. 1.

Ad quartum respondetur, quod in re-
bus creatis communicatio naturalis fi-
nita est, & ideo vno duntaxat modo cō-

tingit; quare necesse est, quod ea quę so-
lo numero differunt, eadē generationis
speciē procreetur. At verò in Deo prop-
ter infinitatem cōmunicatur natura, &
per intellectum & per voluntatē; sed per
intellectū per modū naturę, vt diximus.
Secundò respondetur, diuinas personas
secundum esse relatiuum distinguī quasi
speciē, vt dicemus; quare nihil est mirū,
si processionibus speciē distinguuntur. Ter-
tiò respondetur, quod generatio muris
à viuente, & ex putridā terrā, vtraque est
naturalis & speciē distincta; quia ex mu-
re est natiuitas, ex terra non natiuitas,
sed physica generatio, vt generatio ignis;
& tamen (quod verò similius est)
vtrique mures solo numero distinguun-
tur, etsi Commentator dicat speciē eos
distinguī. Quare non mirū, quod in Deo
optimo intelligamus processionibus speciē
distinctas, quarum vnus sit terminus
formalis.

B Ad quintum respondetur, quod ab vno
perfecto non procedit nisi vnū per mo-
dum naturæ; est enim imperfectio natu-
ræ, quod non procedat quicquid potest
procedere, & ita vnicus Filius à Deo
procedit; quod tamen non obstat, quo-
minùs per modum voluntatis procedat
etiam Spiritus Sanctus. Deinde respō-
detur meliùs cum S. Thom. de Poten-
tia q. 10. art. 2. ad 2. quod ab vno sci-
licet Patre, non procedit nisi vnus, scili-
cet Filius; sed tamen à duobus scilicet
Patre, & Filio procedit adhuc Spiritus
Sanctus. Aduertendum enim est, quod
in rebus conditis accidit rei genitæ ge-
nerare, & accidit generanti iterum ali-
am sobolem suscipere generatione ite-
rata, quod est agentis imperfecti: in Deo
autē nihil accidit, sed omnia per se co-
eunt & consentiunt. Quia ergo esset im-
perfectio Filij geniti, nisi cū Patre simul
produceret Spiritum Sanctum, hæc ea-
dem imperfectio in Patrem reijceretur,
qui non perfectum Filium omni ex par-
te genuisset: ergo ad perfectionē Patris
vt est primum principium pertinet, vt
ab eo vno vnus emanet, ita vt ab vno so-
lo vnicus & solus emanet; quia ab vno
nō nisi vnus, vt argumento asseritur: Spi-
ritus verò Sanctus non emanat ab vno
solo Patre, sed à Patre & Filio simul.

C Ad confirmationem respondetur, quod
natura perfecta, qualis est rationalis,
non habet vnicam operationem, sed
duas;

In Deo prop-
ter infinitatē,
natura cōmu-
nicatur duab;
quasi speciē pro-
cessionibus.

Respond. 2.

Respond. 3.
Generatio mu-
ris ex mare na-
tiuitas est; ex
terra autē ge-
neratio physica:
qua proinde
distinguuntur
speciē, mures
verò geni-
ti non ita.

Ad 5. argum.
Respond. 1.
Ab vno perfe-
cto non pro-
cedit nisi vnū
per modū na-
tura.

Respond. 2.
meliùs cum
S. Thom.
Ab vno scilicet
Patre, non ni-
si vnus scilicet
Filius: à duobus
Sp. Sanctus.

Si Filius non
simul cum Pa-
tre spiraret, ea
imperfectio in
Patrem reijce-
retur.

Ad confirmat.

duas; sed tamen ad singulas operationes natura, quæ perfecta est, indiget paucioribus, ut una operatione plura complectatur, & non pluribus utatur instrumentis ad operandum: & ita Pater una generatione generat Filium unicum, & uterque una spiratione unicum Spiritum Sanctum producit.

13.
Ad 6. probas
figmentum
Durandi.
Hoc figmentum
improbatur 1.
Secundo.
Tertio.

Processiones
sunt proximè
à natura, id est
ab intellectu,
& voluntate non
distinctis à na-
tura.

14.
Ad ultimum ex
S. Dionys.
S. Thomas.
Divina bonitas
procedit ut
operans, sed non
ut persona pro-
cessione tertia

Ad sextum respondetur, figmentum fuisse Durandi, quod processiones divinae sunt proximè à natura, præcisa potentia intelligente & appetente: nam ipsæ generationes animantium sunt à natura per potentiam mediã, quæ est virtus generantis. Neque verò pertinet ad perfectionem in divina natura, ut operatio eius antecedit operationem intellectus, & voluntatis; esset enim operatio ea cæca & irrationalis: ad eamque operationem opus esset meditari, quasi virtutem proximam qua natura prædita operaretur. Est ergo divina perfectio, & excellentia, quod natura divina sit ipse intellectus, & ipsa operatio intellectus; & in hoc sensu processiones sunt proximè à natura, quia Deus per suam naturam intelligit, & diligit; & non per aliquid à natura distinctum re ipsa: quod autem Deus operetur non per intellectum, & voluntatem, nulla perfectio est, sed imperfectio. Recolenda sunt animo quæ supra docuimus, essentiam conceptu confuso omnia attributa actu continere, ut intelligantur processiones proximè esse à divina natura, etsi sint etiam ab intellectu & voluntate.

Ad ultimum respondetur cum S. Thoma loco recitato ad ultimum, quod divina bonitas procedit ut operans, quia Deo quod bonus est, operatur omnia; non tamè ipsa bonitas procedit à Patre, quasi tertia persona procedens, ut evidentissimum est: sed neque à bonitate, est alia operatio tertia distincta ab operatione intellectus, & voluntatis. Non sunt ergo in Deo plures processiones, quam duæ. Plura alia argumenta leguntur apud S. Thomam de Potentia, quæ alias involuntate difficultates ad questionem hanc minùs attingentes.

CAPUT XXII.

Processio divina proprie est non à causa, sed à principio.

Tradita à nobis est Spiritus Sancti processio, de qua hoc lib. differim.

A prima quadam & imperfecta notione, quam ut luculentius omni ex parte patefaciamus, declaranda iam sunt cætera, videlicet, quod sit processio principium? Deinde, à qua virtute dimanet? Adhuc verò, quæ ipsius processio natura, & excellentia? Tunc demùm, qui terminus processio? Caput habet partes duas. Prima pars. *Principium & causa ratione differunt.*

B Secunda. *Divina persona non procedit à causa, sed à principio.*

PRIMA PARS.

Principium & causa ratione differunt.

Primum autem reiicienda est nominis ambiguitas: nam aliquando principium usurpatur pro principio temporis, quo sensu dixit Prudentius in apothecosi, *Verbum quod principio caret omni.* Sed nominis usitata significatio amplior est, ut dicemus, omnis enim causa principium est: initium verò temporis non est physicum principium.

Ergo si à principio processio divinae initium capiamus, notare opus est discrimen, si quod est, inter principium & causam in physica consideratione. Et quidem Aristoteles 5. Metaphys. per textus 5. principium à causa, causamque ab elemento discernit: est enim omne elementum causa, omnisque causa principium; sed non est omne principium causa, neque omnis causa elementum, sicut in communioribus continentur minùs communia. Principium autem, ut ipse Aristot. eo loco definit, est id unde aliquid est, fit, aut cognoscitur. Quid verò causa adijciat ad principium, non explicat.

Videndum ergo est quid sit causa (quam tamen Aristoteles non definit) ut per ea, quæ sunt propria causæ, & defini possit, & à principio, quod est quid communius, discerni. S. Thomas q. 33. art. 1. ad 1. ait causa non esse divisam ab effectu secundum esse, ita ut aliud sit esse causæ, & aliud esse effectus. Et ideò dicit S. Doctor d. 29. q. 1. artic. 1. causam causare ipsum esse sui effectus. Unde statim consequitur ut effectus pendeat à causa: cum enim effectus diversum esse habeat, & id esse quod habet, habeat à causa; pendet ab illa ut sit, sine qua esse non potest.

Præte-

Principium pro principio temporis.

Prudentius.

Pro causa.

2.

Aristotel. auctore principium latius patet, quæ causa; causalari, quæ elementum.

Idem principium definit, Id unde aliquid est, fit, aut cognoscitur.

3.

S. Thomas. 1. Condicio causæ & effectus est distinctio.

2. Condicio est dependentia effectus.

3. conditio, natura prioritas & posterioritas, atq; adeo finitas effectus. Aristotel.

4. Bessarion.

Id quod a causa physica, habet esse distinctum, & pendet a causa, & est essentia finita.

5. Obiectio.

Respond. 1.

Secundo.

Tertio.

Omnis causa vel habet esse distinctam ab effectu, vel diuerso modo participatam.

Præterea effectus est natura posterior, ut admonuit Arist. in postprædicamentis cap. 2. necesse est enim ut causa antecedit prioritate nature habens suum esse, a qua effectus habet suum esse distinctum; illud enim prius, hoc posterius quod ab illo oritur. Et in his quæ sunt propria causæ Philosophi omnes, Doctoresque consentiunt.

At verò Bessarion oratione pro unione Græcorum in Concil. Florent. sess. vltima, innuit causam propriè, ut Latini accipiunt, dependentiam & limitationem importare, scilicet quia effectus pendet a causa, ut philosophamur; & quia effectus est limitatus, & finitus, quæ est tertia conditio effectus consequens duas priores: vbi enim est esse distinctum, est receptum, & finitum, ut lib. 4. demonstrabimus. Id ergo quod est a causa physica habet esse distinctum, & pendet a causa, & est essentia finita, ex notatione Bessarionis.

Vnum est dubium sententiam S. Thomæ probantibus, quod in composito vna sit existentia; consequitur enim, ut materia, vel forma, quæ sunt causæ compositi, non habent esse diuisum, hoc est, existentiam diuisam ab existentia compositi; quæ existentia compositi est istarum causarum .s. materiæ, & formæ, effectus; ergo existentia effectus, non distinguitur ab existentia causæ. Dicendum tamen est fortè S. Thom. non attribuisse hanc proprietatem omni causæ, sed causæ efficienti, quæ habet esse, hoc est, existentiam antecedentem suum effectum; & ita esse siue existentia effectus est distincta ab existentia causæ efficientis. Potest autem accomodari causæ materiali, & formali in composito, quod differant ab effectu secundum esse, hoc est, secundum essentiam: vel etiam secundum existentiam, hoc est, secundum quod existentiam participat; causa enim materialis & formalis in suo genere causæ antecedunt existentiam, quæ est totius. Et ita licet habeant eandem existentiam, habent tamen diuersimodè. Sunt ergo omnes causæ distinctæ a suo effectu secundum esse, vel secundum quod habent esse distinctum, vel secundum quod habent esse diuerso modo participatum: & hoc ipsum satis est ut effectus pendeat a causa; & ut sit natura posterior. Est igitur omnis effectus pendens a causa secundum esse aut

A diuersum, aut diuerso modo participatum.

His explicatis quibus tres causæ affectiones, siue proprietates prosequenti sumus, quidam definiunt causam ab illa proprietate prima, quod sit secundum esse distincta ab effectu, in hunc modum: Causa est a qua fluit esse distinctum; ita tamen, ut fluxus nomine non intelligas motum, qui est actio cuius principium est actiuum; actio enim est agentis; sed idem intelligas fluere, quod est ab alio quomodocumque deriuari, ut sit omnibus causis commune. Est ergo causa a qua deriuatur, siue consequitur esse distinctum, aut certè diuersimodè participatum, ut explicatum est.

B Alij ex secunda proprietate definiunt causam eam esse, a qua id, quod deriuatur pendet; pendere enim est eius rei, quæ habet diuersum esse ab alia re deriuatum, aut sanè diuerso modo participatum. Sed contra hoc duo obijcimus, Primum quia vnum relatum pendet ab alio, & tamen non est effectus alterius. Secundum, quia humanitas Christi pendet a Verbo in quo est, & tamen non est effectus illius. Primæ obiectioni respondemus vnum relatum non pendere ab alio, si propriè loquendum sit; quia eò duntaxat pendere dicitur, quia non potest vnum esse sine alio, non quia vnum pendeat ab alio, sed quia est ea natura relatorum, ut non sit vnicum relatum sed duo.

C Secundæ obiectioni respondemus, Verbum esse causam humanitatis realem, quasi in genere causa formalis, cui effectus est humanitatem subsistere in Verbo: nec sequitur vlla imperfectio in diuina persona. Nam causa formalis, quia est forma rei alterius imperfecta, est pendens ab ea re cuius est forma, ut a subiecto: Verbum autem non est causa formalis, quia non est forma humanitatis; sed est propriè causa, quod non indicat imperfectionem, ad modum causæ formalis terminando naturam. Habet ergo hoc causæ formalis, quod effectus ille subsistendi ad Verbum reuocatur, sed non habet causæ formalis illud alterum, quod sit forma humanitatis pendens ab illa, ut a subiecto. Neque enim est necesse ut modus hic causandi planè diuinus contineatur in genere causæ naturalis, sed satis est quod ad aliud quod genus causæ referatur propter similitudinem cum illa causa. Et confirmatur, quia

6.

1. Definitio. Causa est a qua fluit esse distinctum, quomodocumque. Declaratur.

7.

2. Definitio. Causa est a qua id quod deriuatur, pendet.

1. Obiectio.

Secunda.

Ad 1. obiect. Vnum relatum ab alio non pendet propriè.

8.

Ad 2. obiect. 1. Responso. Verbum humanitati assumptæ est propriè causa realis, quasi formalis subsistendi in Verbo.

Confirmatur.

iste effectus subsistendi, quo humanitas illa subsistit in Verbo, deriuatur profecto à re aliqua in humanitatem; & non ab alia re nisi à Verbo diuino in quo ipsa subsistit. Posset tamen aliter dici negando Verbum esse realem causam subsistendi humanitati assumptæ. Et ad argumentum concedimus humanitatem pendere à Verbo, non vt à causa, sed vt à termino. Nos verò nõ definimus causam à qua pēdet effectus; sed causam esse à qua id quod deriuatur, pendet: quãuis ergo humanitas pēdeat à verbo, potest quis dicere nihil deriuari à Verbo in humanitatē, & idcirco verbum nõ esse causam. Sed videtur profecto quòd aliquid deriuatur inde vnde res pēdet, nam ipsum pendere indicat posterius quid esse à priori illo deriuatum.

A tertia proprietate causæ videtur alij deprompsisse definitionem tertiam; aiunt enim causam esse id ad quod aliud sequitur: quæ definitio cum referatur ex lib. de causis, dicenda est potius inde per consequentiam accepta, quàm in libro illo inuēta in quo nõ legitur. Quòd si de consequentia naturæ sit sermo, nõ inepta est definitio ista causæ, à qua scilicet, id quod deriuatur, posterius naturâ consequitur.

Hæc autem conferentibus apparet non idē esse principium & causam, nam principium est illud vnde res aut fit, aut cognoscitur; quare priuatio est principium vnde res fit, & non est causa rei faciendæ, vt Aristotel. docet 1. Physicor. Est etiam definitio principii rei definitæ, quia inde res cognoscitur, sed nõ est causa. Et in successione temporis dies est principium anni, non tamen causa: Et in ordine loci, quod primum locum obtinet, dicitur non causa, sed principium cæterorum. Et dignitate primus, principium quoque est, non causa, vt docet S. Ioan. Damascen. Dialog. contra Manich. Quare iure optimo nomen principij dicit esse æquiuocum, hoc est, analogum: estque hoc nomen, vt exemplis indicauimus, magis cõmune, quàm causa. Et idem est dicendum de re significata per nomen, vt statim ostendemus.

Sed tamen pars contraria non videtur minùs probabilis. Nam priuatio quidem est negatio, quare non est principium generationis positium; quod autē positium est, est etiam causa: imò

A & priuationem vocat causam Aristotel. 12. Metaph. cap. 2. Cætera verò exempla non pertinet ad principium reale, hoc est, ad principium vnde res est aut fit, sed ad principium cognitionis vnde res cognoscitur; & quod est principium cognitionis est etiam causa. Ethoc ipsum videtur significasse 4. Metaphys. cap. 2. vbi ait ita comparari inter se causam & principium sicut ens & vnum, quæ conuertuntur. Et 5. Metaphys. cap. 1. recensitis varijs modis principij, totidem (inquit) modis & causa dicuntur; omnes enim causæ principia sunt. Quòd si iisdemmet modis dicitur principium & causa, nihil est principium, quod causa non sit, & non est nomen principij cõmunius.

Dicendū igitur est, verū id esse, quod præcipuè arguendo colligitur, si principium accipiatur positiuè, & loquendū sit de reali principio, quod habet ordinem reale ad id quod est à principio; idē esse principium, & causam in reb' creatis: in ijs enim id quod ab aliquo principio reali ordine deriuatur, pendet quoque ab illo secundum esse diuersum, & est posterius naturâ; & ita est effectus à propria causa diminans. Et ita definitur à S. Thoma 1. p. q. 33. art. 1. Principium est id à quo aliquid procedit quomodocunque, quæ eadem est definitio causæ.

Nihilominus tamen absolutè loquendo etiam in rebus creatis principium est, quid cõmunius quàm causa; tum quia complectitur priuationem: tum quia principium rei cognoscendæ non est causa eius. Hoc Aristotel. docet 5. Metaphys. planissimis verbis, vt diximus: & nonina Græcis sunt distincta; nam causa dicitur αἰτία, principium verò ἀρχή, & priuatio est non αἰτία, sed ἀρχή. Et hæc eadem est sententia S. Thomæ, & Latinorum Patrum, Doctorumque cõmunis.

Observandum ergo est, quòd in principio quouis tria possumus meditari, scilicet rem ipsam, quæ est principium, de qua non disputamus; relationem principij; & fundamentum relationis, quod in rebus creatis est quædam causalitas, quæ solū inuenitur in principio reali; non in priuatione, aut principio rei cognoscendæ, vt liquet. Si ergo de causalitate loquamur, hoc ipsum est, quod docemus in rebus creatis idē esse principium reale

2. Responso. Humanitas pēdet à Verbo, non vt à causa à qua aliquid deriuatur, sed vt à termino.

Impugnatur.

9. 3. Definitio. Causa est id ad quod aliud sequitur, intellige posterius naturâ.

10. 1. Sententia. Quædam sunt principium, nõ causa. Priuatio. Aristot. Definitio. Dies.

1. locus. Primus dignitate. S. Damasc.

11. 2. Sententia. contraria non minùs probabilis. Ad exemplū priuationis.

Aristotel.

Ad reliqua exempla.

Probatur hæc sententia.

Aristotel. 1. Locus.

2. Locus.

12.

1. Conclusio. In rebus creatis idē est principium positium reale, & causa.

Ex S. Thomæ principij definitio.

13.

2. Conclusio. Absolutè loquendo etiam in rebus creatis principium est cõmunius, quàm causa.

Aristotel.

Causa, αἰτία principium, ἀρχή

14. Aduertend.

Fundamentū relationis principij realis in creatis est causalitas.

Vnde ea relatio est relatio causæ.
Relatio principij in genere, non ita.

14.
Ad exemplum priuationis,

Aristotel. explicatur.

Ad reliqua exempla,

Principium non reale cognitionis, non est ipse assensus antecedentis, sed obiectum

Ad 1. locum Aristotel. 1. interpret.

Refellitur.

reale quod est causa: si verò meditemur solam relationem principij, tunc discernere opus est; nam relatio quidem realis principij in rebus creatis, est etiam relatio causæ, ut potè habens fundamentum idè: Sed relatio principij in genere, quæ complectitur etiam relationem rationis, non est relatio causæ; causa enim apud Philosophos, si propriè accipiatur, indicat causalitatem, & dicitur relatiuè ad effectum: & sicut effectus est nomen rei, ita & causa. Principium verò indicat id vnde aliquid incipit; & hæc relatio ita est communis, ut complectatur relationem realem & rationis; nomen enim relatiuū vtriusque relationibus potest esse commune, ut dicemus lib. 3.

Respondebūq; est tamè ad ea, quæ obijciuntur, priuationem esse propriè principium, nō causā; quia relatio principij ibi nō est realis, neque fundatur in causalitate: & licet priuatio dicatur principium reale, quia re ipsa est principium, non est tamè reale principium positium, & ideo non est causa. Aristoteles verò dixit priuationem causam more vulgari loquendi, quo dicimus causā quicquid ad aliquid necessarium est; sed propriè loquendo nō est causa, sed principium. In ceteris verò exemplis liquet id quod est principium rei cognoscendæ, esse propriè principium rei; non physicum, & reale, quia esset causa; sed in mentis consideratione, quo pacto dies primus Ianuarij est propriè loquendo principium anni, cum non sit propriè causa. Quod verò dicitur principium cognitionis esse reale, & ita esse causam, non est ad rem; neq; enim loquimur de principio cognitionis reali, verbigratia, de assensu propositionis antecedentis, qui est realis causa assensus consequentis. Sed loquimur de re ipsa, quam meditamur, quæ in illa animi meditatione est principium rei alterius cognoscendæ; ut primus in numerando est principium numeri, primus in sedendo principium sedentium; & definitio est principium definiti, & res cognita per antecedens est principium rei cognoscendæ. Et in his non est causa rei, sed principium, ut liquet.

Quod verò Arist. cōparet principium cū causa ut ens, & vnū, potest explicari, quod loquatur de principio reali in rebus creatis, quod est idem cū causa. Sed hic cōmentarius non placet; nam in rebus creatis si nomine principij intelliga-

A mus reale & positium principium, idem est quod causa, & vtroq; nomine idè significatur. Nam etsi principium sit quid cōmunius, quàm causa; additis tamen his differentijs, quod sit positium reale in rebus creatis, est quasi species sub genere principij, quā speciem principij appellamus causam; & hac significatione nō cōparatur cū causa ut ens & vnū, quæ sunt definitione distincta. Dicendū ergo est ens & vnū cōparari ut principium, & causam quoad hoc, quod sunt definitione distincta principium in genere, & causa, sicut ens & vnū definitione distant. Verba autem illa Arist. *totidem modis causa dicuntur*, duplicè habet cōmentariū. Primū, ut interpretatur Alex. Alens. *tot modis*, hoc est, nō pluribus modis dicuntur causæ; & subiicit, *Omnes enim causas principia sūt*. Quod si causæ dicerentur pluribus modis, pluribus etiam dicerentur principia; quia quod est in specie, est in genere. Secundò, *totidem modis dicuntur causa*, hoc est, illis modis enumeratis ab Aristot. eo loco, ut exponit S. Th. Sed nō negat Aristot. quod principium alios modos habeat, quos ibi non meminit. Et ita alijs modis ibi nō cōmemoratis principium cōmuni^r est, quàm causa. Hoc idem Aristot. assertum verissimū est de principio reali positio in rebus creatis, ut dictum est.

SECUNDA PARS.

Diuina persona non procedit à causa, sed à principio.

C Olligimus igitur haud dubiè Deū Patrem esse propriè, ac verè principium reale positium Filij; siquidem Filius verè, & propriè gignitur à Patre reali natiuitate.

Colligimus secundò, Patrem nō esse causam Filij, ut Patres Latini docent. Probatur commemoratis ijs, quæ sunt propria causæ; nam Filius non procedit à Patre secundum esse diuersum, sed secundum idem esse; neque secundum esse diuerso modo participatum: quia ipsum esse Filij est essentia eius, sicut & Patris. Deinde Filius non pendet à Patre, quia non accipit esse distinctum; quia in re minùs propriè loquutus est S. Cyrillus lib. 13. Thesauri cap. 2. dicens Filium à Patre emanare, & pendere; emanat enim Filius à Patre, sed non pendet ab eo; pendet enim effectus à causa. Denique Filius non est natura posterior,

Vera interpr. Principium in genere & causa, sicut ens & vnū, definitione distant.

Ad 2. locum 1. Interpret. Alens.

2. Interpret. S. Thom.

1. Confess. Deus Pater est principium reale positium Filij.

2. Confess. Pater non est causa Filij. Probatur ex conditionibus causæ. Ex prima. Ex secunda.

S. Cyrillus minus propriè loquutus.

Ex tertia.

Probatur 2. inductione p. genera causarum De efficiente.

Symbolum. De finali Aristotel.

De utroque simul. De materiali, & formali.

S. Thom.

3. Consect. Absolutè & in genere, nō est idem principium reale positium, & causa. Ostenditur in diuina processione.

Patres Græci, qui Patrem dixerūt causam, explicantur 1.

Secundò.

Tertio.

Nunquā dixerunt Filium esse effectum.

Patres Latini melius.

4. Consect. Filius est principium reale positium Spiritus Sancti, nō causa.

sed coæternus Patri, vt postea docebitur; ergo Pater non est causa Filij, licet sit illius principium. Idem probatur inducendo genera causarum; nō enim verus Deus procedit à causa efficiente, Deus enim non est res condita, aut effecta, vnde illud, *Genitum, non factum*. Non verò à causa finali, quæ est perfectior causatis, vt ait Aristot. 1. Magnorum Moral. cap. 3. Et adhuc probatur ex eò quòd hæ duæ causæ sunt extrinsecæ. Neque verò ex causa materiali, aut formali: quia hæ efficiunt compositionē à qua maximè Deitas abhorret; ergo à nulla causa petitur diuina processio. Quod est argumentum S. Thom. in 1. d. 19. q. 1. art. 1.

Colligimus tertio, etsi in rebus creatis idem sit principium reale positium & causa; absolutè tamen & in genere nō esse idem: nam principium reale positium inuenitur in diuina processione, in qua non est causa. Igitur absolutè loquendo principium reale positium adhuc non indicat causam: si verò addas creatum, tunc iam designat causam; nam in rebus creatis causa & principium reale positium idem est; in Deo Optimo non idem. Quamobrem Patres Græci, qui Patrem dixerunt non solum principium, sed causam; idcirco fortè dixerunt, ne intelligeremus Patrem esse principium cognitionis non rei; & vt confiteremur esse reale principium positium; vel minori studio nomina ista discreuerunt, causam pro principio vsitantes. Abstinerunt tamen à correlatiuo causæ, quia nos causam referimus ad effectum; atquæ Patres Græci nunquam dixerunt Filium esse effectum Patris, etsi Patrem nuncuparent causam; nō propterea Filium, id est factum, sed genitum, id est, genitum dixerunt. Melius tamen Latini expendent imperfectionem afferri nomine causæ, dixerunt Patrem esse principium, non causam.

De Filio similiter confitendum est, esse principium reale positium Spiritus Sancti, vtpotè à quo procedit Spiritus Sanctus reali processione; esseque principium non causam: ob easdem rationes, quibus Patrem negamus esse causam; aimus esse principium: quod postea etiam auctoritate Ecclesiæ comprobabimus ostendentes Patrem, & Filium esse vnum principium Spiritus Sancti.

A Sed occurrit dubium circa verba Aristot. lib. 5. de generatione animalium cap. 7. vbi ait pertinere ad rationē principij, vt ipsum quidem causa sit multorum, & illius nulla sit causa superior. Et 1. Physicorum tex. 52. principia ait non esse ex alijs. Quare videtur consequi vt Filius non sit principium Spiritus Sancti, siquidem ipsius Filij Pater est principium; principij autem non est principium aliud: imò videtur sequi in rebus creatis nomen causæ esse quid communius, quàm principij; nam alicuius causæ est alia causa prior, & tamen principij non est principium; ergo est aliqua causa, quæ non est principium; & ita nomen causæ magis est amplum.

Respondendum est principium habere rationē primæ, quamobrem si aliquid est per se medium, ita vt non sit primum simpliciter, sed secundum quid, non erit simpliciter principium; verbi gratia, medium punctum in linea, vel medium instans in tempore, non est simpliciter principium lineæ, aut temporis, quia non est simpliciter primum, vnde linea, aut tempus petit exordium; sed partis lineæ est principium, aut partis temporis, cū qua parte comparatum punctum aut linea, est simpliciter primum: similiter in vnoquoque ordine causæ est primum, quod est principium. Imò vnaquæque causa sicut est prior suo effectui, ita cum eo comparata est primum, licet comparata cum antecedente causa, sit posterior. Et hæc comparatio cum indicatur ipsis verbis assertionis, satis est vt dicatur simpliciter primum; verbi gratia, homo generans, etsi sit causa media mota, scilicet à sole, est tamen simpliciter principium hominis geniti; quia cū generatione comparatus simpliciter est primum, licet relatus ad solē sit posterior. Eodem modo omnis causa est principium; & ipse Filius Dei licet à Patre genitus, est principium Spiritus Sancti, cū quo collatus simpliciter est primum: Aristoteles verò in locis commemoratis loquitur de principio primo in illa serie causarum, vt exponit S. Thom. q. 10. de Potēt. art. 4. ad 16. & ita principium primum est causa multorum vt sol, & principium rei naturalis in compositione est primum, ita vt non sit principium aliud compositionis anterioris: Deus autē Optimus est principium rerū in omni ordine causæ; & Pater in Deitate principium

5. Obiectio ex Aristotel.

6. Respons.

Medium punctum in linea si non cum linea, sed cū parte lineæ comparatur, est simpliciter primum. Similiter medium instans in tempore.

Comparatio cum sequente cum indicatur ipsis verbis assertionis, satis est vt aliquid dicatur simpliciter primum, licet comparatum cum antecedente sit posterior.

Aristoteles exponitur à S. Thom.

cipium; cuius non est principium; sed hoc non prohibet ut Filius sit principium de principio.

7.
1. dubium.

1. assertio.
Filius principiatum non dicimus.

S. Thom.

8.

In diuinis nullum est initium, id est, duratio nis inchoatio
Conc. Tolet.
Coe. Vuorm.

Initium improprie pro principio.
S. Bonauet.

Ab initio, id est, ante initium.
Eccles. 24.
Prouerb. 8.

Michae. 5.

9.
S. Hilarius minus proprie.

10.

2. assertio.
Si principiatum ut correlatiuum principij meditemur, Filius est principiatum, sicut & Pater principium; & sicut nomine principij, neque initium, neque causam significamus, ita neque nomine principiatum, aut effectum, aut posterius quid ab initio designamus. Sed tamen in re periculosa cauendum est a nomine principiatum, propter suspicionem heresis quod Filius habeat initium.

Sed dubitari solet, an sicut persona diuina a qua alia procedit, dicitur principium; illa quae procedit dicatur principiatum? Et quia in rebus diuinis decet quam maxime sermonem expolire, quamuis Patrem dicamus principium Filij, Filium principiatum non dicimus, ut ait S. Thom. ad 2. propter vulgarem intelligentiam, qua vulgus hominum principiatum intelligit, quae inchoata sunt, & ab alijs effecta, aut habentia initium. Ideoque S. Thom. ait cautiùs hæc a Latinis negari, quam a Græcis concedi.

Nomen verò, initium, significat proprie durationis principium. Et idcirco in rebus diuinis nullum est initium, quasi inchoatio; sed æternitas, & perfectio. Quod in Concilio Tolet. 11. decretum est in confessione fidei, Filium natum sine initio. Et in Concilio Vuormaciensi in sua fidei confessione. Sed improprie initium potest dici principium. Quo pacto S. Bonauentur. d. 19. art. 1. q. 1. concedit vnam personam esse alterius initium, hoc est, principium; sed hoc apud Patres non legimus. Aduertendum tamè est aliquid dici ab initio, hoc est, ante initium, sicut dicitur ante secula, Ecclesiastici. 24. *Ab initio, & ante secula creatus sum.* Prouerb. 8. *Dominus possedit me ab initio, a diebus æternitatis,* quia ante initium sola æternitas. Et Michae. 5. *Egressus eius ab initio, a diebus æternitatis.*

Minus proprie ergo dixit S. Hilar. 4. de Trinitate Filij originem esse ab initio (id est a principio) scilicet a Patre; Patrem verò ab initiabili, scilicet, a se ipso, qui initium, id est, principium non habet; initiabile enim dixit quasi non initiabile: sed sanè initium potius significat principium temporis, quam processionis. Quare minus propria ea fuit loquutio.

Si tamen principiatum, ut correlatiuum principij meditemur, absque dubio Filius est principiatum, sicut & Pater principium; & sicut nomine principij, neque initium, neque causam significamus, ita neque nomine principiatum, aut effectum, aut posterius quid ab initio designamus. Sed tamen in re periculosa cauendum est a nomine principiatum, propter suspicionem heresis quod Filius habeat ini-

tium. Quare etiam Magist. d. 29. negat Filium habere principium, cum habeat Patrem & Autorem, quod idem est principium; sed quia dicuntur habere principium, quæ initium habent. At in Concilio Florent. & in Syrmieni, canone 23. damnatur is qui dixerit, Filium esse sine principio. Consuetudo ergo loquendi attendenda est.

Dicimus ergo proprie principium in diuina processione; principiatum verò cauemus dicere, sicut etiam initium non dicimus, ne principium durationis intelligamus, quod solet vocari initium. Iisdem in Concilijs Florent. & Syrmieni, Pater dicitur caput Christi, id est, principium, quod nomen metaphoricum est, & usurpatur ab Apostolo 1. Corinth. 11. *Caput autem Christi Deus.* Sed quia caput videtur significare excellentiam, & eminentiam, fatius est, ut intelligamus significari ibi principium non diuinae processionis Christi, sed humanæ generationis, quæ est ex Virgine editus. Vocatur etiam Pater auctor Filij a S. Athanas. in Epistola ad Serapionem, & S. Hilar. lib. 4 de Trinitate, & Prudentio in Apotheosi contra Vnionitas.

Filius auctore ut genitus quod sit Patre summo.

Est enim auctor idem quod principium. Cerealis tamen Episcopus contra Maxim. cap. 9. recusat Patrem dicere autorem, tanquam causam Filij: quod verò auctor significet causam, ceteri Patres non consentiunt.

Sed quaeritur, vtrum etiam Filius sit autor Spiritus Sancti, siquidem est principium illius? S. Thom. in 1. d. 29. q. 1. art. 1. credit nomen auctoris significare eum qui primus est, & ab alio non est; quare negat Filium esse autorem Spiritus Sancti: quod S. Hilarius affirmat lib. 2. de Trinitate. Thomistæ ergo inter se dissecunt de vsu nominis. Sed cum apud Ciceronem legamus quemuis virorum patrem alterius, eiusdem dici autorem; & S. Thom. adducens locum S. Hilarij 1. p. q. 33. art. 1. minimè nomen recuset, non sumus in mora, quin cum alijs sentiamus Filium quoque esse Spiritus Sancti autorem, obseruata germana nominis significatione. Prudentius in sua apotheosi auctorem dixit Patrem,

Illo auctore fatum cui nullus praefuit auctor.

Magister negat Filium habere principium.

Conc. Flor. & Syrm. damnat dicentes Filium esse sine principio

11.
Eadem Conc. dicunt Patrem caput Christi.

1. Cor. 11. Explicatur de Christo quoad humanitatem.

Patrem autem Filij dicunt S. Athan. S. Hilar. Prudent.

Cereali Auctor, & causa idem. Ceteri Patres non consentiunt.

12.
2. dubium. Vtrum Filius sit autor Spiritus Sancti? Negat S. Tho. in 1. Affirmandum iuxta S. Hilarium. Cicer.

S. Tho. 1. p.

Prudent.

Illud tamen dandum non est, ut nomen auctoris siue Patri, siue Filio attributum significet aliquam excellentiam, qua Spiritui Sancto præcellant ambo, aut Pater Filio; quod admonet S. August. libr. 3. contra Maximin. cap. 14.

Confirmatio.

Quod Pater sit principium Filij, possumus comprobare verbis Psalm. 109. *Tecum principium, &c.* Quæ S. August. interpretatur de Patre æterno, qui est principium Filij. Et initio Euangelij Ioannis, *In principio erat Verbum*, hoc est, in Patre, ut cū S. August. & S. Cyrillo S. Thom. commentatur, & consentit Concilium Syrmiese cap. 23. Deinde confirmatur decreto Concilij Lugdunensis cap. *Fideli*, de summa Trinitate, & Concil. Florent. de vnione Græcorum in decreto de processione Spiritus Sancti; quibus in Concilijs definitur Patrem, & Filium esse principium Spiritus Sancti; haud dubium quin & Pater sit principium Filij, à quo Filius procedit, sicut à Patre, & Filio Spiritus Sanctus. Et in hoc omnes Orthodoxi concordant.

Sed tamen est inter Græcos, & Latinos verbo tenus dissensio; nam Græci causam pro principio usurpant: Sanctus enim Athanas. in Concil. Nyceno in professione fidei, sic ait, *Quicquid habet Filius habet à Patre, tanquam splendor à sole, & causatum à causa.* S. Ioan. Damascen. libr. 1. cap. 9. *Pater est causa Filij, & Filius ex hac causa.* Et S. Gregor. Nazianz. oratione 3. Theolog. S. Hilar. libr. 12. de Trinitat. Marius Vict. libr. 1. contra Arium. Richard. libr. 5. de Trinit. cap. 7. & 8. & libr. 6. c. 6. tametsi S. Thom. de potentia q. 10. art. 5. referat Richardum sentientem non esse causam, sed principium diuinæ originis: sed sunt & alij Patres, qui causam appellant, quos refert S. Thom. in Opuscul. 1. contra Græcorum errores. Latini tamen in diuina processione non vtuntur nomine causæ. At verò Græcos causam pro principio dicere affirmant, S. Greg. Nycen. libr. quod non sint tres Dij, ad finem; & Bessarion in Concil. Florent. pro vnione Græcorum se apud Græcos more Græco causam dixisse exponit, quod Latini principium aiunt; quod idem declaratur in decreto Concilij, de processione Spi-

ritus Sancti in literis sanctę vnionis. ibidem commemorat Bessarion S. Cyrillū Alexand. in Epistol. ad Hermiam non permittentem nomen causæ, & causati in diuinis, & idem nomen S. Hilarium recusantem libr. 4. de Trinitate. S. Ignatius Epistola ad Magnesianos vocat Filium diuinæ efficaciz genitam essentiã, efficacia autem dicitur ab efficere, quod diuinæ processioni non conuenit; sed efficaciam pro vi, siue virtute Latinus interpres posuit, ita enim Latini usurpant.

Non ergo licet Latinis dicere Patrem causam Filij, sed principium: cum nomē principij accommodatius sit, & ab omni suspitione alienum, idque in vsu Patrum, & Ecclesiæ. Quæ autem obijciuntur ex S. August. & S. Hieronym. nihil habent momenti, & ponderis; nam quod S. August. dixerit 7. de Trinitate cap. 1. & libr. 83. questionum q. 26. *Illud quod est causa Patri ut sit, est illi causa ut sapiens sit.* Sicut & alterum S. Hieron. Ephes. 3. in illud, *ex quo omnis Paternitas, &c. Pater sui origo est, suæq. causa substantiæ.* non indicat eos causam pro principio dixisse; vtrumque enim falsò dixissent, si nomine principij vterentur, Patrem scilicet esse verum & reale principium suæ sapientiz, aut substantiæ. Explicatur ergo per negationem, quod ideò Pater dicatur causa suæ sapientiz, & origo suæ substantiæ; quia nullam causam aliam habet à qua sapientiam, aut substantiam accipiat. Quã licentiã dicendi etiam Lactantius Firmian. libr. 1. Diuinar. Institutionum cap. 7. ait Deum à se ipso fuisse procreatum, id est, à nullo alio.

CAPVT XXIII.

Principium diuinæ Processionis est quasi actiuum.

Aduertendum est hoc loco, id quod ante ex Aristot. attulimus 5. Metaphy. tot modis dici principium, quot modis causa dicitur, quod de principio reali explicauimus. Est ergo principium reale, quod dat esse rei, ad quatuor genera causarum reuocandū. Cum verò principium in Deo propriè ponamus, à motis causæ imperfectionibus, fit vt ad ali- quod genus causæ principium diuinæ processionis reuocandum sit; non autem ad causam materialem, cum Deitas sit ab omni

Non permit-
tūt nomē cau-
sæ,
S. Cyrillus.

S. Hilarium.
S. Ignatij in
terpres posuit
efficaciam pro
vi, siue virtu-
te.

15.
Pater dicitur
causa sui esse,
& suæ sapien-
tiæ, negatiuè,
id est, nulla
est alia causa.
S. August.

Ephes. 3.
S. Hieron.

Lactant.

Arist.

Principium
diuinæ propo-
sitionis non est
reuocandum
ad causam ma-
terialem

S. August.

13.
Quod Pater
sit principium
Filij.
Psalm. 109.
S. August.
Ioan. 1.

S. August.
S. Cyrill.
S. Thom.
Conc. Syrm.
Confirm. ex
Conc. Lugd.
Conc. Flor.

24.
Græci causam
pro principio
usurpant.
S. Athan.
S. Damasc.

Nazianz.
S. Hilar.
Mar. Vict.
Richard. de
quo aliter.
S. Thom.

De Græcis id
affirmant,
Nycenus.
Bessarion.
Conc. Flor.

Nō ad formalem.
Nec ad vtramque.

Non ad finale

Finis est melior ijs quę sūt ad finem.

Non est principium propriū actiuum.

Est quasi actiuum, scilicet in eo quod sit actus ipse purus habens virtutem generandi, vel spirandi, quod communicet suam formā, quod ab eo emanet natiuitas, vel spiratio.

2.

A principio diuinę processio- nis prioritas realis excluditur.

Ratio. Subitō operatur quę natura excellunt.

Est operatio- nis, imō operantis imperfectio, quod sit prius non operans, quā operans.

omni materię imperfectione purgatissima: non ad causam formalem, quę est cū materia coniuncta; item quia hęc duę causę inuicem coeunt, vt vna sine altera esse nequeat, compositionem efficiunt: sed neque ad rationem finis principium diuinę processio- nis reducendū est, eod quod Deus Optimus operationē essentialē non intendit ad finem: est enim finis melior ijs, quę sunt ad finem; ergo neque processio diuina, quę est intra Dei essentialē, & infinite perfecta ad finem dirigitur, quod antea etiam comprobauimus; ergo finis non est principium diuinę processio- nis. Solum ergo superest genus causę efficientis, ad quod referamus principium diuinę processio- nis: sicut ergo in Deo non est actio, quę est motus, sed simplex operatio, reiecta omni imperfectione actionis, quę est à causa agente; ita principium diuinę operationis, siue processio- nis non est propriē actiuum, siue efficiens causa. Sed in ijs consentit cum actiuo principio, quę per excellentiā dicuntur, vt quod agens sit in actu, quod communicet suam formam, quod ab eo actio emanet. Hęc autem habet Pater, vt est principium Filij; est enim actus ipse purus habens potentiam, vimque, siue virtutem generandi, vt postea dicemus; communicatque ipsum esse suum per generationē, ab eoq; emanat natiuitas, qua filius nascitur. Est ergo principium quasi actiuum.

Illud etiam oportet, vt à principio diuinę processio- nis prioritatem realem excludamus, quę est agentium naturalium imperfectio; subitō enim operantur, quę naturā excellunt. Sed tamen in ijs etiam quę subitō operantur, vt sol illuminat, & intellectus intelligit est naturę prioritas. Quę enim agentia à potētia exeūt in actum, eorū operationis esse, est post non esse, saltem quoad ordinem naturę. Itaque nō est ea imperfectio solius operationis, quod post non esse acquirat esse; sed est etiam operantis imperfectio, quod sit prius non operans, quā operans: pertinet ergo ad principium diuinę processio- nis, vt generans non antecedit genitum vlla prioritate naturę. Quod argumentum postea alio loco ex Patribus vberius tractabimus; sunt enim qui opinantur prioritatem originis esse realem in Deo, sicut & ordo realis est.

A Sed tamen prioritas rationis, quam Durand. in 1. d. 9. q. 2. & alij negant in diuinę processio- nis principio, ea est nobis necessariō ponenda. Cum enim prioritas rationis illa sit, quę in cognitione nostra reperitur, & sit quędam naturę informatio, vt prius rerum principia, quā res ipsas meditemur; efficitur vt omninō debeamus prioritatem rationis in principio diuinę processio- nis confiteri. Sed & ratione naturali idem ostendimus; nam ex Aristot. 5. Metaph. tex. 6. principium dicitur quasi primum, quia ad ipsum referuntur prius & posterius. B Item in principio diuinę processio- nis est ordo, in ordine autem est prius & posterius: quare difficile est intelligere ordinem realem sine prioritate reali, ne dicam sine prioritate rationis; quā quęstionem postea tractabimus.

Obseruare igitur licet ex physicis disciplinis id quod sapius inculcamus, quod nomen causę, & principij potest & relatiuē, & absolutē dici: est enim causa res quępiam à qua est effectus, non autem à relatione est effectus. Igitur præter ipsam relationem, aliquid indicamus nomine causę non relatiuum, sed absolutum; etiam si id ipsum absque relatione non explicemus. Et confirmatur, quoniā principium est primum; relatiuum autē non est prius correlatiuum; ergo principium est etiam absolutum: & hoc docet S. Thomas 1. p. q. 42. art. 3. ad 2. Vt verò sermonem reuocemus ad res diuinas, sicut diuinas processiones conceptu non relatiuum concipimus, in quo prioritatem rationis deprehendimus, quod postea erit clariùs enarrandum; ita & principium diuinę processio- nis simili conceptu nō relatiuum meditatur, cum quo prioritas rationis est coniuncta: verbi gratia, principium diuinę generationis est ea persona, quę potentiam habet ad generandum, & verē, propriēque generat; omnia autem hęc notionibus non relatiuis cogitando versamus, & in eis prioritatem ponimus solius intelligentię, vt pro nostro modo cognoscēdi quęstiones theologas de ijs rebus occurrētes tractemus: si verò principium accipias relatiuē, est simul re, & ratione cum suo correlatiuo, neque vt sic operatur, aut potentia operandi est præditum; neque habet rationem primi, sed duntaxat ad aliud.

At verò S. Thomas cum de principio diui-

3.
Prioritas rationis ponitur contra Durand. 1. Ratio.

2. ratio ex Arist.

3. ratio. Difficile est ordinem realem intelligere sine prioritate reali, ne dicam sine prioritate rationis.

4.

Principium est res absoluta, et si abique relatione nō explicetur. Probatur.

Confirm.

S. Thom.

Declaratur in diuinis.

Principium diuinę generationis est ea persona, quę potentiam habet ad generandum, & verē generat.

Principium relatiuē acceptū est simul re & ratione cū suo correlatiuo, neque habet rationem primi, aut operantis, sed duntaxat ad aliud est.

5.
Idem.

diuina processione disputat, 1. p. q. 33. art. 1. ad 3. super sedet atque abstinet ab omni mentione prioritatis: quia cum agat de principio reali, prioritas rationis necessaria non erat; ideoque potius aduertit nomen, principium, acceptum quidem esse à primo; quia principium est quasi primum; sed non significat primum. Et id quidem verissimum est; primum enim est quædam relatio, quæ neq; est id absolutum, quod in principij notatione deprehendimus; neque est ipsa relatio principij, sed alia consequens, vt postea dicemus. Ergo etsi nomen principij à primo excogitatum, institutumq; sit, non tamen significat primum, neque primum est de quidditate, aut definitione principij. Hæc autem rudiori Minerua tractata de prioritate principij, ad eius intelligētiam necessaria, erunt alio loco circa ordinem diuine processione, vberius, luculentiùsque disputanda.

CAPVT XXIII.

Diuina Processio ducitur à reali potentia.

C Apud habet partes duas.
 Prima pars. *In Deo est potentia, à qua ducitur diuina processio.*
 Secunda pars. *Potentia, à qua ducitur diuina processio, est realis.*

PRIMA PARS.

In Deo est potentia à qua ducitur diuina Processio.

R Es est perspicua, & apud Patres, Doctoresque constituta, renitente vno Aureolo apud Ioan. Capreol. d. 7. quod in persona, in qua est origo, sit quoque potentia ad originem, quæ dicitur potētia notionalis, scilicet ad operationem personalem, quæ notionalis dicitur; dicuntur enim notiones, ipsæ proprietates personarum, quibus nouimus personas, vt lib. 4. dicemus. Et idcirco processiones, quibus diuine personæ procedunt, & dignoscuntur, vocantur actus notionales; & potētiæ à quibus illi derinantur, dicuntur quoque notionales. Quod ergo diuina processio, quæ est actus notionalis, deriuetur à sua quoque potentia notionali, compertum est apud

A omnes; cū enim ea persona, quæ est principium alterius, sit quasi actiuum principium, vt est in antecedentibus constitutum; ita vt etsi non efficiat, producat tamen verè, ac propriè personam aliam; ratione eadem cogimur ponere potentiam, quasi actiuam in persona producente: sicut enim ponimus Patrem generantem, ita & in eo potentiam ad generandū meditari necesse est; omne enim quod agit, agit aliqua sui parte, & virtute aliqua; ergo & id quod producit, per aliquā virtutem producit. Et confirmatur: Eius enim est potentia, cuius est actio, quod est placitum Aristotelis lib. de somno, & vigilia; ergo sicut ponimus in Deo actus notionales, ita & potētiā ad actus necesse est cōfiteri. Itē confirmatur: quia si à Patre tollimus veram rationem potētiæ generandi, ipsam quoque operationem necesse est tollere; nulla enim est operatio, quæ non sit ab aliqua potētia. Quod si dicas ipsam quoque generationem non esse veram operationem, sed puram relationem: sanè nihil superest quo Filius dicatur verè de substantia Patris gigni, & verè accipere naturā; quod argumentum postea tractabimus originem comprobātes à relatione distingui definitione.

Confirmatio.

H Vic doctrinæ fidem faciunt Patres ingenuè, ac apertissimè tribuētes Deo Patri generandi potentiam, S. Dionys. cap. 2. de diuinis nominibus vocat Filium, & Spiritum Sanctum fœcundæ diuinitatis germina; fœcunditas autem est vis naturæ, vnde germen emanat. Et S. Ignatius epistola ad Magnesianos appellat Filium diuinæ efficacix; efficacia autem est vis agendi, imò est virtus efficiens, quæ in diuina processione nō reperitur, sed ad modum efficientis, vt diximus cap. præcedenti. Et S. Athanas. oratione 2. contra Arianos Patrem sine Filio esse ait flāmam sine lumine, & fontem aridum sine flumine: quis autē nesciat esse in flamma, & fonte vim profundendi lumen, & flumen. S. Gregorius Nazianzen. oratione in Heronem ait Deū futurum fuisse angustam, & impotētem, nisi generaret Filium; ergo generatio indicat potentiam. S. Ioan. Damasc. lib. 1. fidei Orthox. cap. 8. diuinam generationem vocat opus naturæ, cuius scilicet principi-

Nomen principium, acceptum quidem est à primo, sed non significat primum.

Primum non est ipsa relatio principij, sed alia cōsequēs.

Nō est de quidditate principij.

Omne quod producit, per aliquam virtutem producit.

Confirm. 1. Eius est potētia, cuius est actio.

Arist. Confirm. 2.

Responsio.

Refellitur.

2. Deo Patri generandi potētiā tribuunt Patres. S. Dionys. tribuit illi fœcunditatem: S. Ignatius efficaciam.

S. Athan. similitudinē flammæ, & fontis: Nazianz. impotentiam nisi generaret S. Damasc. virtutem naturæ, dum generationē vocat opus naturæ.

Aduert. Notiones dicuntur ipsæ proprietates personarum quibus personas nouimus.

Inde dicitur potētia, & actus notionalis.

Resolutio tituli probatur.

principium est natura; est autem ipsum principium quo, virtus agentis, ut statim dicemus. Et lib. 1. fidei Orthod. cap. 8, *Impossibile est Deum esse destitutum fecunda natiuitatis partu; fecunditas autem est virtus ipsa gignendi.* De hac etiã re disputat doctissimè S. Cyrillus lib. 1. Thesauri cap. 6. *Qui Deum negat Patrem esse, is fecunditatem auferet,* inquit, *à diuina natura, ut iam perfecta non sit, cum generandi virtute careat.* & cap. 8. arguit Eunomium, quod potentiam generatiuam sic explicet, ut in ea Filium contineri credat, sicut accidit in generatione creata; quia tunc Deus Pater de potentia prodiret in actum; quod argumentum etiam pertractat lib. 2. Dialogorum de Trinitate; ex quibus liquet S. Cyrillum veram potentiam generatricem Deo Optimo tribuisse. Sanctus etiam Anastasius lib. 1. de rectis fidei dogmatibus Deitatem ait non sic angustam, ut vna circumscribatur persona: ergo infinitudo naturæ, siue potius natura infinita, est principium multitudinis personarum procedentium. Et S. Hilar. lib. 3. de Trinitate, *Nec per secretum, inquit, ac potestatem natiuitatis obtretere Filio.* Quibus verbis potestatem Patris, de qua Filius nascitur, Hilarius declarat. Et lib. 5. de Trinitate. Filium genitum ait potestate naturæ, & virtute naturæ: quæ verba aperte significant generatricem potentiam, De qua etiam re extat interrogatio illa D. Theodori Abucaræ disput. 1. cap. 6. *Vtra bonoratio est apud nos, fecunditas, aut sterilitas? fecunditas sanè honore digna est, & Deo non deneganda.* Hoc confirmat S. August. lib. 3. contra Maximinum cap. 7. *Si Deus Pater non potuit generare Filium sibi æqualem, ubi est potentia Dei?* quod est argumentum frequens apud Patres. Et iterum, *Si potuit Adam esse, & non esse, & tamen hoc generare quod erat ipse, non vis ut potuerit Deus æqualem sibi producere? sicut ergo in Adamo mortali ponimus vim, potestatemq; gignendi, ita & in Deo confiteri eam potestatem necesse est.* & S. Anselm. Monolog. 41. *Non eo, inquit, quo est Pater, generat; sed quo est Deus.* Prudentius quoque vir doctissimus in Apotheosi contra Unionitas, sic ait: *admasq; decus Patris, & generis vim.* Vbi vim, hoc est, potentiam generandi ait esse gloriam Patris & decus. Et Ma-

A rius Vid. lib. 1. contra Arium de diuina generatione, sic ait, *illa quidem sola generatio à Deo, potentia est manifestatio, & iterum, Totius plenitudinis logos profiliit de potentia Dei,* logos, inquam, id est Verbum. Et adhuc confirmatur, quia Filius genitus est de substantia Patris, ut postea docebimus; est quippè Catholicum dogma: ergo substantia Patris est principium generationis; non quod generat, essentia enim diuina, siue substantia non generat, ut decreto fidei monemur; ergo essentia siue substantia est principium quo Pater generat: sed principium quo generans generat, est ipsa potentia generantis; ergo haud dubiè in Patre generante est potentia generandi. Quod comprobauit planissimè Ioannes ille celeberrimus pro Patribus Latinis declamans in Concil. Florent. sess. 18. affirmans Patrem esse suppositum generans, naturam verò diuinam esse principium generatiuum, scilicet principium formale, quo Pater generat. Quare credimus periculosam esse in fide catholica contrariam sententiam. Et idem dicendum est de processione Spiritus Sancti, qui de substantia quoque Patris, & Filij procedit.

SECUNDA PARS.

Potentia à qua dicitur diuina processio est realis.

Maior est decertatio de secunda huius cap. assertionem; nam etsi esse in Deo potentiam gignendi confiteamur, possumus tamen respondere ad questionem, in Deo esse potentiam ad generandum, sicut potentiam ad intelligendum, quæ tamen realis non est, ut statim dicemus. Et ita existimauit Aureol. apud Capreol. d. 5. q. 1. art. 2. potentiam notionalem non esse realem.

Oportet ergo prius in hac parte questionis consentiamus, quænam dicenda sit realis potentia. Nam iuxta doctrinam S. Thomæ 1. p. q. 4. art. 4. ad 3. potentia alia est rationis, alia realis: potentia rationis est à qua neque operatio, neque effectus quispiam aut operationis terminus distinctus emanat, sed duntaxat nostro modo intelligendi; sicut enim meditatur attributa quasi ornamenta diuine naturæ, cum sint ipsa natura absque vlla rei distinctione; ita in Deo modo potentiam

Item tribuit fecunditatem.

S. Cyrilli 1. locus, fecunditatem.

Secundus explicatur.

S. Anastas. tribuit illi naturam infinitam.

S. Hilarius potestatem.

Item virtutem naturæ.

D. Theodori Abucaræ interrogatio, fecunditatem.

S. August. vim & potestatem gignendi.

S. Anselm. principium, quo generat.

Prudentius vim generis.

Mar. Vict. potentiam,

Confirmatur ratione. Pater est suppositum generans.

Natura diuina est principium generationis.

Ioan. in Concil. Florent.

Opposita sententia periculosa in fide.

Aureol. apud Capreol. negat.

S. Thom. Potentia rationis quæ sit?

374. 4. 11. 107
 Potentia intel-
 ligendi in Deo
 est potentia ra-
 tionis, hoc est,
 sola ratione di-
 stincta ab ope-
 ratione, & ter-
 mino.
 Potentia rea-
 lis est aqua est
 vel ducitur ali-
 qua realis ema-
 natio, siue ope-
 rationis, siue
 termini.
 Exemplū po-
 tentiæ creatri-
 cis.

3.
 Præmittitur
 1. certum.
 Essentia diuina
 est ipsa poten-
 tia ad actus no-
 tionales.
 2. certum.
 Hi inter se dif-
 tinguntur re
 ipsa.

3. certum,
 Ab his essentia
 nō distingui-
 tur re ipsa.

Alioquē diui-
 na potentia el-
 set pmissa cū
 potentia pas-
 siua.
 S. Thom.

4.
 1. conclusio.
 Potentia no-
 tionalis nō est
 potentia rea-
 lis in eo sensu,
 quā sit princi-
 piū quod, seu
 a quo emana-
 tio realis est,
 ut a producē-
 te.
 Probatur.

tiam intelligēdi, modō ipsam operatio-
 nem intelligēdi cogitamus, quæ tamen
 re ipsa sunt idem. Et idēdō potentia intel-
 ligēdi in Deo est potentia rationis, hoc
 est, sola ratione distincta ab operatione,
 & a termino operationis, ita ut nulla ibi
 sit realis emanatio a potentia, namque
 ubi est realis emanatio, est quoque rea-
 lis distinctio. Potentia autem realis est
 a qua est, vel ducitur aliqua realis ema-
 natio, siue emanet ipsa operatio, siue o-
 perationis terminus; verbi gratia, poten-
 tia in Deo habet actionem in Deo ma-
 nentem, quæ est ipsa diuina substantia,
 ut S. Thomas docet; actus enim diuina
 potentia est operatio voluntatis efficax:
 sed tamen actio transiens in creaturam,
 quam S. Thomas minimē negat, & effe-
 ctus, seu terminus ipsius actionis, distin-
 guantur re ipsa a potentia diuina, & ema-
 nāt ab illa; & idēdō potentia Dei ad ope-
 ra externa realis est, licet operatio in-
 terna Dei a potentia non distinguatur.

Ut ergo de potentia circa actus no-
 tionales differamus, præmittam⁹ ea quæ
 dubio vacant. Primum est, quod potē-
 tia diuina ad hos actus est ipsa essentia,
 ut postea docebimus; secundum, quod
 actus notionalis, qui est in Patre gene-
 ratio actiua, est res distincta ab actu no-
 tionali, qui est in Filio natiuitas, siue
 passiua generatio, ut iam docuimus.
 Tertium, quod essentia ab utroque actu
 minimē distinguitur re ipsa, cum essen-
 tia sit Pater, & Filius, & omnis proprie-
 tas personalis. Itaque proprietates Patris,
 & Filij sunt res duę inter se distinctæ; sed
 essentia est res vna & eadem cum illis,
 ut fide sincera tenemus. Pertinet autē
 ad excellentiam diuinæ potentia, ut nō
 distinguatur a suo proprio actu: quæ e-
 nim distinguitur, imperfecta est, ut do-
 cet S. Thom. q. 2. de potentia ar. 1. ad 4.
 quia scilicet potentia etiā actiua, quæ
 distinguitur re ipsa a suo actu, pmissa
 est cum passiua potentia; & per aliud
 genus ad actum reducitur.

Cū ergo essentia diuina sit ipsa potē-
 tia ad act⁹ notionales a quibus nō distingui-
 tur, cōsequitur ut potē-
 tia generadi nō sit
 potentia realis ad generationem actiua,
 quasi emanet generatio actiua ab illa po-
 tentia emanatione reali. Probatur, quia
 est res eadē potentia, & operatio actiua;
 emanatio autem realis, quæ est propria
 potentia realis, facit distinctionem rea-

A le. Superest ergo ut hæc potentia nulla-
 tenus sit realis in eo sensu, quod ab ipsa
 emanet res distincta, scilicet processio,
 aut persona diuina, ita ut inter potē-
 tiā & personam intersit realis emanatio.

B Sed tñ hæc potentia est realis; quia est
 principiū, quo persona habens potē-
 tiā producit aliam personam distinctam, in-
 ter quas est realis emanatio. Est ergo
 hæc potentia principiū quo realis ema-
 nationis, non verò est principiū a quo sit
 realis emanatio, modo explicato. Hoc
 autem indicat inscriptio huius cap. scili-
 cet, quod diuina processio ducatur a po-
 tentia reali; non enim diximus emanare
 a potentia reali, sed duci ab illa, siue peti
 ab illa, quod est reuocari in illam tanquā
 in principium formale producentis.

C Quod igitur potentia ista sic explicata
 meritò dicenda sit realis, probatur, quo-
 niam est potē-
 tia realis emanationis; ergo
 est potentia realis: aliās si dicamus
 potentiam rationis, incidimus in hære-
 sim Sabellianam, quod secundum ratio-
 nem Filius procedat a Patre, & non reali
 emanatione; talis enim est actio qualis
 est potentia. Et confirmatur, quoniam
 potentia significat principium formale
 operationis; ergo a reali emanatione, po-
 tentia debet dici realis: si tamen sit vera
 potentia, & non ficta.

D Obseruandum ergo est discrimen in-
 ter potentiam, & principium; potentia
 enim, siue virtus significat quandam for-
 mam, quæ habeat ordinem ad operatio-
 nem; principium verò significat ipsum
 ordinem ad principiatum. Si ergo dica-
 mus essentiam esse reale principiū ope-
 rationis, fortē explicanda esset anceps,
 dubiaq; significatio principij; si enim di-
 catur principium quod, est heretica pro-
 positio, non enim essentia est principium
 quod generationis, quia nō generat; sed
 bene principium quo formale, & reale,
 hoc est, quo realis emanatio extat. Cum
 verò dicimus essentiam esse realem po-
 tentiam generationis, nihil opus est aut
 ambigere, aut diuidere; sed simpliciter
 est concedendum: quia potentia signifi-
 cat formam, qua agens agit. Cum ergo
 essentia accuratissima loquutione sit for-
 ma, qua Pater generat, nihil cunctandum
 est, sed simpliciter concedendū esse rea-
 lem potentiam. Et quod hæc potentia,
 scilicet diuina essentia, sit principiū quo
 generationis, docet S. Thom. q. 4. ar. 5.
 Henric.

si dicitur real
emanatio

5.
 2. conclusio.
 Est potentia
 realis in eo se-
 su quā sit prin-
 cipium forma-
 le, seu quo e-
 manatio rea-
 lis ducitur.
 Declaratur.

6.
 Probatur.

Si dicamus po-
 tentiam ratio-
 nis, incidimus
 in hæresim Sa-
 bellianam.

Confirm.

7.
 Notandū dif-
 crimen inter
 potentiam, &
 principium.
 Hec proposi-
 tio, Essentia est
 reale principi-
 um operatio-
 nis notiona-
 lis, explicanda
 est, ut anceps.
 Ratio.

Hec verò, Es-
 sentia est rea-
 lis potentia ge-
 neratiōis, sim-
 pliciter conce-
 denda est.
 Ratio.

S. Thom.

Gandau.
Genebrard.
Bellarm.

8.
3. concl. cōtra
Arimin.
Caset.
Torres.
Capreol.

Potentia no-
tionalis etiā
collata cū pro-
cessione realis
dicenda est.
Ostenditur. 1.
de processio-
ne quasi passi-
ua.

Obiectio.

Responsio.
Processio nō
aptē dicitur
procedere, sed
emanare.

Processio di-
uina non dici-
tur emanare à
potentia.

Ratio.
Tamen ea po-
tentia est rea-
lis.

Ratio.

9.
Ostenditur. 2.
De processio-
ne quasi acti-
ua.

Generatio ac-
tīua est opera-
tio potentia
realis.

S. Thom.

Henric. Gandau. art. 39. q. 4. & 5. Gil-
bert. Genebrard. 1. de Trinitat. pag. 56.
Robertus Bellarmin. libr. 2. de Christo
cap. 10.

Ex quibus illud quoque colligimus
contra Gregor. Arim. d. 7. q. 1. art. 1. &
Thom. Caiet. q. 41. art. 4. & Bartholom.
Torres, ac Ioan. Capreol. in 1. d. 7. q. 1.
quod hæc potentia realis dicenda est, si
cum ipsa processione conferatur. Et pri-
mò id ostēdimus de processione diuina,
quæ est quasi passīua; sicut enim persona
procedens distinguitur re ipsa à produ-
cente; ita & ipsa processio; & tam per-
sona procedens, quàm processio sunt ea-
dem res, quæ est potentia, scilicet diuina
essentia; ergo vel hæc potentia est realis
comparata cum utroque, vel cum neu-
tro collata est realis; cum utriusque scili-
cet processions, & procedentis, per se
æqua sit vnitas cum potentia, & æqua
distinctio à persona producente. Quod si
obijcias non esse dicendum, processio-
nem procedere à potentia: id concedi-
mus; ineptè enim dicitur processionem
procedere; nam procedere significat ter-
minum operationis; sed posset dici pro-
cessio emanare, sicut & in rebus creatis
dicimus actionem emanare ab agente:
non tamen dicimus processione diuinā
emanare à potentia; ne quis putet pro-
cessionem, & potentiam in Deo esse dis-
tinctam. Sed tamen non ideò potentia
comparata cū processione non erit rea-
lis; nam potentia reales dicuntur in or-
dine quoque ad operationes, & opera-
tiones dicuntur emanare à potētis; sicut
ergo potentia, qua Filius Dei gignitur à
Patre distinctus, idcirco est realis; ita &
potentia eadē, à qua ducitur diuina pro-
cessio à Patre distincta, eandem ob cau-
sam est realis potentia.

Eodem autem pacto videtur dicendū
potentiam generandi esse realem, etiam
dum confertur cum generatione actīua;
verissimum enim est generationem acti-
uam esse operationem realis potentia,
non quod emanet à potētia; sed quia est
operatio realis petita ab illa potentia
reali, & ad illam reuocanda, tanquam ad
formale principiū. Et hoc docet S. Tho.
q. 41. art. 4. ad 3. secundum illas actiones
secundum quas aliquid distinctum pro-
ducitur à Deo siue extra essentiam, siue
intra essentiam, potentiam realem dicit;
ergo potentia cum ipsis actionibus com-

A parata, realis dicitur: non ita tamē vt ge-
neratio actīua distinguatur re ipsa à po-
tentia. Nam in cōdemnatione articulo-
rum Guidonis Parisijs facta, etiam hic
error damnatur, Siquis dixerit generare
in Deo esse realitèr elicitū; hoc est, gene-
rationē actīuā re ipsa produci de potētia
generantis, hoc enim est realitèr elicitū.

Hinc etiam possumus colligere, quod
potentia quæ est in Deo ex parte proce-
dentis vt procedat, est etiam realis; quia
eodē modo licet ea potentia non distin-
guatur à procedente, est tamē potentia,
quæ procedit aliquid ab alio re ipsa dis-
tinctum. Quæ in re quidam hallucinati
sunt arbitantes potentiam quasi actīuā
generationis, esse realem; potentiam ve-
rò quasi passīuā, scilicet quæ est in Filio,
vt gignatur, non esse realem: etenim siue
potentia actīua, siue passīua cōsideratur;
inter personas est distinctio, & à personis
potentia non distinguitur.

Confirmatio.

Hæc verò est S. Thom. sententia sa-
tis apertè pronunciata q. 41. ar. 4.
ad 3. vbi docet potentiam habere ratio-
nem principij, esseq; realem potentiam,
cū per eius operationem procedit res
distincta vel essentialitèr, vel personali-
tèr. Et in art. docet respectu actuum no-
tionalium esse potētiā haud dubiè rea-
lem, vt ad 3. exponit. Neque verò q. 25.
art. 1. ad 3. aliquid repugnans dixit; cum
enim de Dei potentia creatrice disputa-
ret, docuit non esse in Deo realem po-
tentiam ad operationem essentialē, quæ
est diuina essentia; sed ad effectus, qui sūt
extra Deum. De actionibus verò perso-
nalibus nullam intulit mentionem. S.

D Thomam sui etiā cōsequuntur. Et ei-
dem sententiæ ferunt suffragiū, qui cre-
dunt potētiā notionalem non esse es-
sentiam, sed relationem personalem. In
qua opinione est S. Bonauent. in 1. d. 7.
q. 7. & Durand. q. 2. & alij; aiuntque, id
quod est consequens potentiam generā-
di, scilicet ipsam relationem Patris, esse
rem distinctam à Filio; quare maxime
esse potentiam realem. Sed nos cum S.
Thoma potentiam notionalem dicimus
esse naturam diuinam siue essentiam, &
non distingui eam re ipsa à persona pro-
cedente, & tamen esse potentiam realē,
vt declarauimus.

Non tamē dis-
tinguitur re
ipsa à potētia.
Parisijs dam-
natus error di-
cens generare
in Deo esse rea-
litèr elicitum.

4. conclusio.
Potentia quæ
est in Deo ex
parte procedē-
tis, vt proce-
dat, est etiam
realis.

Quidā aduer-
santes de hac
potentia quasi
passīua reijci-
untur.

II.
S. Thom.

Idem alibi
negat poten-
tiam realē ad
operationes
essenciales, nō
ad personales.

Suffragantur
S. Bonauent.
Durand. &
alij putātes po-
tentiā notio-
nalem esse re-
lationem per-
sonalem.

CAPVT XXV.

Argumenta refelluntur.

Obijciuntur
S. Cyrillus

S. Ambrosius
1. locus.

2. locus.

Aristot. &
Commentat.
colligentes ex
eo quod actio
æterna est pu-
ra, non habe-
re potentiam
distinctam.

2.
8. argum.

3.
2. argum.

Confirmatur.

4.
3. argum.

5.
4. argum.

6.
5. argum.

IN oppositum obijcitur primò aucto-
ritas S. Cyrilli lib. 2. Dialog. de Tri-
nit. qui negat in Deo agensiam, hoc est,
generandi potentiam. Sanctus itè Am-
brosius lib. 4. de fide, cap. 3. potentiam
hanc explicat per hoc, quòd est possibile
Patrem generare; negat autem quòd sit
virtus aliqua ad generandum: & cap. 4.
Generavit, inquit, Pater, non generavit
Filius. Quid hic inæqualitatis est? genera-
tio enim paternæ proprietatis est, nõ po-
tentia. Quod idem videtur colligi ex
Aristot. & Commentatore 12. Metaph.
text. 30. asserentibus actionem æternam
esse puram, & idè non habere poten-
tiam; ergo actio diuina non reuocatur ad
potentiam.

Argumenta verò pro hac parte ne-
gante occurrunt nonnulla. Primò, po-
tentia diuina respicit possibilia vt pro-
prium obiectum; sed possibilia sunt res
extra Deum, quæ possunt esse & non
esse; ergo eorum quæ sunt intra Deum,
non est potentia.

Secundò, id quod est in potentia alte-
rius, trahitur ab illa potentia ad extra,
& distinguitur ab illa, & non est in actu
quamdiù manet in potentia etiam acti-
ua; sed diuina persona non trahitur à
diuina potentia, quasi ad extra traducta,
neque distinguitur ab illa, semperque
est in actu, & nusquam in potentia etiam
actiua; ergo nullo modo concedenda est
potentia in Deo, quâ scilicèt persona
aliqua diuina producat. Et confirma-
tur, quoniam Eunomius hæreticus ob-
ijciebat hoc nobis aduersus diuinam
generationem, quòd si Filius genera-
tur, oportet vt prius sit in potentia Pa-
tris, & indè quasi emittatur; ergo ea po-
tentia non est concedenda homini hæ-
retico.

Tertiò, potentia ordinatur ad esse,
scilicèt ad hoc vt det esse; causa autem
quæ dat esse, est efficiens; ergo Pater qui
non est causa efficiens Filij, non habet
potentiam veram generandi.

Quartò, potentia perficitur per actû;
ergo ex propria ratione est quid imper-
fectum; ergo non est in Deo.

Quintò, Anima absque potentia me-
dia viuificat corpus, qui est perfectissi-

Amus modus, quo corpori communicatur
esse & vita; ergo & Pater diuinus absque
vlla operatiua virtute, vel potentia cõ-
municat suum esse Filio.

Sextò, arguit Aureolus. Ad actus es-
sentialia non est potentia realis; ergo
neque ad notionalia. Probatur conse-
quentia; quia cum potentia sit ipsa essen-
tia, ita indiuisa est ab essentialibus, sicut
à notionalibus.

Septimò, sic arguit. Potentia est prin-
cipium producens operationem; quare
necesse est, vt ab illa distinguatur: cum
ergo essentia diuina non distinguatur ab
actibus notionalibus, esse nequit poten-
tia realis ad illos.

Octauò, Potentia est quædam perfe-
ctio; non ergo vlla potentia constituen-
da est in Patre, quæ non simul in Filio, &
Spiritu Sancto constituatur; sed poten-
tia generandi est in Patre, & non est in
Filio, aut Spiritu Sancto; ergo nulla est
ea potentia.

Vltimò, per eandem potentiam hy-
pothesis prima Deitatis potest esse Pa-
ter, per quam potest generare; sed potè-
tia qua potest esse Pater, non est virtus
aliqua, sed sola nonrepugnantia; ergo &
potètia, qua potest generare non est vir-
tus aliqua generatiua realis. Et confir-
matur, quoniam per eandem potentiam
prima hypostasis potest esse Pater, per
quam secunda hypostasis potest esse Fi-
lius; sed illa per quam prima hypostasis
potest esse Pater, est sola nonrepugnan-
tia; ergo & ista per quam secunda hypo-
stasis potest esse Filius, non est realis po-
tentia; sed sola nonrepugnantia.

Aduertenda.

Priusquàm argumèta refellamus, ad-
uertendum est, quòd, possibile, nomè
est æquiuocum, dubiæq; significationis:
modò enim accipitur pro eo, quod po-
test esse, & non esse, quod dicimus con-
tingens; & opponitur necessario, quod
non potest non esse: modò verò vt quid
amplius, ac communius sumitur, quod
continet necessarium, & contingens; &
ita omne necessarium est quoque possi-
bile, vt docet Aristot. 2. Periherm. At
verò S. Thom. q. 41. art. 4. ait possibile
in necessario cõtineri, scilicèt actu, sicut
animal continetur in homine; vtrumque
enim est verum: sed vt confusum, & cõ-
munc

7.
6. argum.

8.
7. argum.

9.
8. argum.

10.
Vltimum.

Confirm.

11.
1. aduert.

Possibile acci-
pitur primò
pro contingè-
ti.

Accipitur 2.
vt commune
continens ne-
cessarium, &
contingens.

Arist.

S. Thom. ait
possibile con-
tineri in ne-
cessario, factu

mune animal continet hominem, ita diximus, quod possibile contineat necessarium. Est itaque possibile quid communius ad necessarium & contingens; ideoque omne necessarium est etiam possibile. Quare probè dixit Aristoteles in æternis id quod est possibile, esse quoque necessarium.

Potentia verò spectat possibile, ut proprium obiectum; potentia ergo diuina quicquid possibile extra se spectat, illud possibile est contingens; sed intra se respicit possibile, quod est necessarium.

Ad hæc autè illud etiam pertinet, quod S. Thom. docet 1. p. q. 41. ar. 4. ad 2. pos-

sibile duobus modis dici, scilicet, possibile ut sequitur potentiam passiuam; possibile enim hoc modo est id, quod potest à potentia actiua emanare, quod etiam in potentia passiuam oportet inueniri. Aliud verò est possibile; quod non indicat potentiam passiuam, neque est id quod emanat ab actiua; sed pertinet ad modum intelligendi, & continet necessarium: quæ enim necessaria sunt, sunt etiam possibilis: qua ratione possibile est quod potest non esse falsum, & ita dicitur possibile; & hoc pacto possibile est Deum esse iustum, quod tamen possibile à nulla potentia emanat. Et idem docet S. Thom. q. 3. de Potentia art. 1. & accepit ab Aristot. 5. Metaphys. text. 17. His autem aliud genus possibilis addendum est, de quo modo disputabamus; quod non sequitur potentiam passiuam, neque ab actiua emanat, cum non sit res distincta; sed neque est modus intelligendi, cum sit possibile reali processione. De quo S. Thomas docet q. 2. de Potentia art. 5. ad 3. esse aliquid possibile; quod est simul necessarium, & sequitur potentiam, scilicet non passiuam, neque actiuam propriè, ut comprobauimus, sed quasi actiuam, quæ est notionalis potentia diuinæ processions.

Hoc modo persona diuina, quæ procedit, est possibilis, & processio eius possibilis, & hæcabilia respiciunt potentiam veram & realem; non actiuam & passiuam, quia in Deo non est actio, & passio; sed quasi actiuam & quasi passiuam, ut explicatum est. Et ita possumus interpretari S. Thomam in 1. p. quod possibile sequitur potentiam passiuam, aut quasi passiuam, vel etiam est ipsa potentia passiuam: nam materia prima est possibilis; non quod sequatur potentiam pas-

siuam, sed quia ipsa est prima potentia passiuam. Et ita sunt duo genera possibilium, ut cum S. Thoma loquamur; alterum quod significat modum intelligendi, & in propositione modali cernitur; alterum quod sequitur potentiam passiuam, aut quasi passiuam in Deo; aut quod est ipsa potentia passiuam, quæ est materia prima.

Scire etiam opus est, quod potentia aliquando improprie dicitur, non ut significat virtutem actiuam, aut passiuam facultatem, sed solummodo veritatem propositionis; hæc enim est vera, Socrates possibiliter est homo: hæc ergo veritas significatur cum dicimus in Socrate est potentia, ut sit homo; neque enim ea est, aut actiua, aut passiuam potentia, sed quædam possibilitas per hæc verba significata, quæ potius dicitur possibilitas, aut nonrepugnantia, quam potentia.

Aureolus igitur apud Ioannem Capreolum in 1. dist. 7. hanc potentiam posuit in Patre ut generet; quia nihil repugnat, ut generet, sicut neque ut sit Pater. Quam tamen opinionem, eo quod omnino evertit diuinam virtutem generatiuam, quæ non est sola nonrepugnantia, sed virtus perfectissima; arbitramur esse in fide periculosa, ut docuimus. Si verò concedas virtutem generandi, qua Pater generet personam re ipsa distinctam; contendas tamè eam potentiam non debere dici realem potentiam, eo quod non distinguatur ab operatione: minus erratum erit; sed itur in aliam suspicionem hæresis, dum enim eam virtutem appellas potentiam rationis, videris deslexi in hæresim Sabellianam, quæ ponebat diuinas processiones non esse reales, sed rationis duntaxat.

Gregorius autem in primo dist. 7. diuersa viâ ab eadem veritate discedit, eo quod neget etiam distinctionem rationis inter proprietates, & personas; ideoque etiam si admittat potentiam generandi, eam nullo modo à persona generante distinguit. Necessariò autem potentia generandi non est, ubi neque generationem à generante ratione saltè distinguimus: necesse est ergo non modò potentiam generandi in Deo cogitare, sed eam quoque cogitando distinguere à persona quæ generat, contra Gregorium,

Hæcabilia duplici genere continetur. Primò, quod significat modum intelligendi. Secundò quod sequitur potentiam passiuam, aut quasi passiuam, aut est ipsa potentia passiuam.

14. aduert. Potentia improprie, pro possibilitate, seu nonrepugnantia.

15. Aureoli sententia ponit tantam hanc nonrepugnantiam in Patre ut generet.

Est periculosa in fide.

Explicatio huius sententiæ virtutem generatiuam appellans potentiam rationis deslexit in suspicionem hæresis Sabellianæ.

Gregorius negat potentiam generandi, etiam ratione distinguenda personis.

Refellitur.

Arist.

12. Potentia diuina spectat extra se possibile, quod est contingens: Intra se possibile, quod est necessarium.

13. S. Thom. Possibile dicitur:

Primò passiuè, pro eo quod potest à potentia actiua emanare.

Secundò, ut significat modum intelligendi, & in propositione modali cernitur.

Exemplum.

Idem.

Arist.

His additur possibile quod sequitur potentiam quasi actiuam, & quasi passiuam.

S. Thom.

Exemplum personæ, & processions diuinæ.

Idem.

Itè aliud possibile est ipsa potentia passiuam, scilicet materia prima.

16.
3. aduert.
S. Thom.

Ad potentiam
reale satis est
distinctio ope-
rationis, vel
saltem termi-
ni.

Exemplū po-
tentia creati-
di.

S. Thom.

Actio crean-
di, quæ est di-
uina volitio
efficax, nō est
distincta ab
operante, vt
explicatur ca-
pit. 4. p. 2. n. 2.

In Deo res pro-
ducta distin-
guitur à solo
producēte, nō
à virtute, seu
potentia pro-
ducentis:
In creatis etiā
à virtute.

17.
4. aduert.
Ad potētiam
reale satis est,
vt ex ea proce-
dat aliquid re-
ali processio-
ne, scil. perso-
na, licet ipsum
esse non pro-
cedat.

S. Thom.
Filius non ha-
bet esse possi-
bile.

Adhuc notandum, quod S. Thom. de A
potentia q. 2. art. 2. ait ad potentiam per
se pertinere operationem, non verò ter-
minum operationis; quia operationes
aliquæ immanentes sunt absque termi-
no: & hæc quidem vera sunt, vt liquet.
Sed tamen ad potentiam realem horum
alterū satis est, scilicet, vt terminus pro-
ductus sit distinctus, siue vt operatio sit
distincta ab operante: nam potentia crean-
di realis est; actio tamen creandi est di-
uina voluntas; in re autem creata non
est actio antecedens rem, vt S. Thom.
admonet 1. p. ergo actio creandi non est
res distincta ab operante; & tamen po-
tentia est realis; quia res producta est
distincta ab operante. Possumus autem
breuitè hoc sancire, quod potentia rea-
lis est, à qua est emanatio realis; nam etiā
à potentia creandi est realis emanatio
ad hunc sensum, quod res creata verè est
à Deo, & verè emanat à Deo, etsi actio
ab agente non sit distincta. Itaque in re-
bus creatis, vel emanatio, vel res produ-
cta distinguitur non solum à producē-
te, sed etiam à virtute producētis; quia
effectus habet aliud esse à causa: in Deo
autem res producta distinguitur à solo
producēte, non à virtute, seu potentia
producētis.

Illud vltimum sit, quod potentia etiā
realis ex propria ratione non ordine-
tur ad esse, hoc est, ad hoc, vt det esse rei,
quod est efficere; sed ad hoc vt aliquid
ab illa procedat; quod si illud sit secun-
dum esse distinctum, vt in effectis crea-
tis, tunc potentia ordinatur ad esse effe-
ctus; potentia autem diuina non ordina-
tur ad aliud, sed respicit aliud. Si verò
id quod procedit, secundum esse sit idē
cum principio, vt in diuina processione
confitemur, illa potentia non respicit
esse, tanquam ab ea procedat esse, quod
est proprium causæ; sed solum respicit
personam, quæ potest procedere. Et
hoc satis est, vt sit realis potentia, ex qua
scilicet verè procedit aliquid reali pro-
cessione, scilicet persona, licet ipsum
esse non procedat; neque enim esse Fi-
lij, quod est essentia, procedit à Deo
Patre, sed Filius procedit. Quamobrem
Sanctus Thomas in primo distinctione
quinta, quæstione secunda, articulo 2.
ad 2. rectè docet Filium non habere
esse possibile, sicut neque pendens ab
alio.

Responsio.

H Ac in quæstione minimè nobis op-
poni potest S. Cyrillus, qui mul-
tis probat esse in Patre generandi vir-
tutem, & potentiam; hanc ergo non ne-
gat, sed agensiam, quam Eunomius po-
nebat quasi efficientem virtutem, ex qua
Filius emitteretur. Sanctus verò Ambr.
nititur ostendere nulla re Patrem esse
excellentiorem, quàm Filium; quare ne-
gat virtutem generandi esse potentiam,
cui Filius subijciatur, quasi potentiori:
asserit tamen generationem esse à na-
tura diuina, quo exprimit rationē prin-
cipij formalis, & hoc principium forma-
le est virtus generantis. Quod verò ait
generationem esse proprietatis non po-
tentia, intelligit nomine generationis
non significari formalitèr potētiam, sed
proprietatem. Aristoteles verò rectè
arguit, ex eo quod actio æterna est pura,
hoc est simplex, non esse ibi potentiam
ab operatione distinctā, quod nos quo-
que asserimus. Itaque non est potentia
realis in Deo ad operationes essentia-
les, quas Aristoteles ex naturali Philoso-
phia nouerat; sed ad actus notionales, in
quibus est realis emanatio, & rerum di-
stinctio, iuxta acceptam fidem rectè po-
nimus realem potentiam.

Ad primum argumentum responde-
tur distinguendo minorem propositio-
nem, quod possibile sit contingens; nam
vbi est mutatio, & vera actio, & passio,
illud est possibile quod habet passiuam
potentiam, id verò possibile contingēs
est, vt ait S. Thom. de Potentia q. 2. art.
1. ad 9. vbi autem non est mutatio, neq;
passiua potentia, possibile est etiam ne-
cessarium. Ideò enim æterna in quibus
mutatio non est, siabilia sunt, neces-
saria quoque sunt; & hoc possibile respi-
cit potentia generatiua in Deo, siue spi-
ratiua.

Ad secundum respondetur distinguē-
do maiorem propositionem, nam potē-
tia cui accidit operatio est imperfecta, &
id quod est in ea potentia, est contin-
gens; quia potest esse, & non esse; & prius
est in potentia, quàm in se ipso, & indè
trahitur extra potentiam, & distinguitur
ab ea. At verò potentia generandi in
Deo non potest ab actu generandi seiun-
gi; imò id quod producit per istam po-
tentiam, scilicet Filius, est ipsa poten-
tia; non ergo prius est in potentia quàm
in

18.
Ad obiectionē
S. Cyrillus
negat agens-
iam, quæ Eu-
nomius pone-
bat quasi effi-
cientem virtu-
tem.

S. Ambros.
1. locus negat
virtutem, cui
Filius subijci-
tur quasi po-
tentiori.

2. locus
significat no-
mine genera-
tionis nō sig-
nificari forma-
liter potētiam
sed proprietatem.

Aristotel.
& Cōment.
nouerūt actus
essentiales, nō
notionales.

19.
Ad 1. arg.

S. Thom.
Vbi non est
mutatio, neq;
passiua poten-
tia, possibile
est etiam ne-
cessarium.

20.
Ad 2. arg.

Id quod prius
est in poten-
tia, quàm in se
ipso, trahitur
extra potētiam.

Filius est ipsa
potentia qua
generatur.

Eunomij heretis.

in se ipso: Eunomius ergo existimabat virtutem generandi in Deo quasi efficientem, quam necesse est distingui à re producta, & rem productam ex non ente fieri, & prius in virtute efficiente contineri: quare rectè colligebat genitum esse rem creatam; sed nos antecedentia negamus.

21.

Ad 3. argum. ex 4. aduert.

Ad tertium negatur maior propositio, quòd omnis potentia realis ordinatur ad esse, vt explicatum est; quia Deus Pater ita dat esse Filio, sicut dat illi naturam; cum natura sit ipsum esse; & non dat illi esse, vt causa efficiens producendo naturam, cui det esse, neque ab hac potentia procedit esse Filij, sed Filius.

22.

Ad 4. argum. Respond. 1.

Ad quartum respondetur distinguendo cum S. Thoma, ea enim potentia per actum perficitur, quæ ab illo distinguitur re ipsa: at virtus diuina generandi est ipsa generatio, & ideò non perficitur per actum. Secundò respondetur, quòd actus notionales non perficiunt potentiam: quia eadem est perfectio potentie, & actus; sicut eadem est perfectio relationis, & essentia, vt libr. 3. dicemus.

Respond. 2. Actus notionales non perficiunt potentiam.

Quare neque ad eum modum, quo intelligimus attributum esse perfectionem diuinam, concedimus generationem esse perfectionem potentie generantis. Sed etsi esset eius perfectio, non efficitur vt potentia imperfecta sit; sed quòd imperfectè cognoscatur à nobis, qui cognoscimus potentiam quasi distinctam ab operatione, cum re ipsa non distinguatur.

Respond. 3. Res cognita sine sua perfectione cognoscitur imperfectè, sed non est imperfecta.

23.

Ad 5. arg. Comunicare esse, non vt formam materie, sed vt principium formale producentis quasi actiuum, est maxima perfectio.

Ad quintum respondetur negando antecedens, perfectissimum modum communicationis illum esse, quo anima viuificat corpus: nam anima comunicat esse, & vitam corpori formalitè, vt forma eius; at verò esse formam est imperfectio; quia forma est in materia: comunicare autem esse vt principium actiuum, est maxima perfectio, & ad hoc requiritur virtus agentis. In diuina autem processione principium formale producentis est quasi actiuum, quòd potentiam notionalem dicimus.

24.

Ad 6. arg.

In actibus essentialibus non est emanatio realis.

Ad sextum respondetur negando illam consequentiam, in Deo non est potentia realis ad actus essentielles; ergo neque ad notionales: potentia enim dicitur realis, accepto nomine ab emanatione reali, cuius est potentia: ideòque ad operationes essentielles in Deo nulla est potè-

tia realis, sicut neque realis emanatio; bene tamen ad actus notionales, in quibus realis emanatio inuenitur, vt diximus: quamuis ergo ista potentia, non sit distincta ab ipsa emanatione reali, quia vna persona procedit ab alia, tamè quia emanatio realis est, potentia etiam realis est.

Ad septimum respondetur negando antecedens, quòd potentia ex propria ratione sit principium producens operationem; sed potentia creata hoc habet insitum, quia est forma, vel instrumentum agentis; quòd distinguitur ab effectu: causa enim efficiens ab effectu distinguitur secundum esse. Est ergo propria ratio potentie realis, vt sit principium formale realis emanationis, vt diximus; quòd confitemur de potentia generandi in Patre, licet ea potentia non sit res distincta ab eo, quòd procedit, neque ab ipsa processione.

Ad octauum respondetur concedendo antecedens, quòd potentia generandi est perfectio infinita: sed non est perfectio addita alijs attributis: quare nulla deest perfectio in Filio, etsi potentiam generandi non habeat. Et hæc est facilis solutio, & accurata, quam alio loco expendemus libr. 3. Sed hoc quoque libro commonstrabimus potentiam, quæ est in Patre esse quoque in Filio, & Spiritu Sancto mutatis relationibus.

Ad vltimum respondetur negando maiorem propositionem, quòd per eandem potentiam, qua prima hypostasis potest esse Pater, generet Filium; potentia enim qua prima hypostasis potest esse Pater, est non repugnantia terminorum; qua verò potest generare est virtus diuina: nam siue nomen hoc, Pater, significet hypostasim, siue solam relationem præcisam; ad neutrum horum pertinet potentia proprie, quæ est virtus, siue facultas quædam; neque enim per potentiam, est persona, aut relatiuum: generare verò est quædam operatio, quæ per potentiam exercetur. Cum verò dicimus generationem actiuam duci à potètia reali, non significamus eam produci per potètia, sed ad potètia pertinere, vt propriam operationem potentie. Et hæc cogitata sunt digna Theologo. Negatur ergo quòd eadem potètia sit Pater, qua generat; illa enim est non repugnantia, ista verò virtus diuina.

In notionalibus maxime, ac proprie potentia realis.

Ad 7. argum.

Propria ratio potentie est, non vt sit principium producens operationem, sed vt sit principium formale realis emanationis.

Ad 8. arg. Potentia generandi est perfectio infinita, sed non addita alijs attributis.

Ad vltim. Potentia qua prima hypostasis diuina potest esse Pater, est non repugnantia terminorum: qua verò generat, est virtus diuina. Ostenditur.

Generationem actiuam duci à potètia, non est ab ea produci, sed ad eam pertinere, vt propriam operationem.

Ad confirm. Secunda hypostasis potest esse Filius, non per solam, non repugnantiam, sed per potentiam Patris generantis.

De Filio ambiguum est hoc assertum. Secunda hypostasis potest esse Filius per eandem potentiam qua gignitur.

Aliorum responsio Patrem pro sola relatione, posse esse Patrem per potentiam generativam, non pro hypostasi:

Filius etiam pro hypostasi posse esse Filium per eandem potentiam.

Expendetur quod ait de relatione Patris,

Ad confirmationem respondetur, quod secunda hypostasis divina potest esse Filius, non solum per nonrepugnantiam terminorum, sed per potentiam Patris generantis: Pater autem non potest esse Pater per potentiam suam generatricem, sed per solam nonrepugnantiam. Quare hoc assertum de Filio ambiguum est: si enim intelligamus secundam hypostasim posse esse Filium per eandem potentiam, qua gignitur, scilicet per virtutem generatricem Patris; hoc verum est, quia sicut per illam potest gigni, ita per eandem potest esse Filius, sicut & per eandem potest esse Deus: omnia enim hæc enunciata sunt vera. Si verò intelligas, quod per eandem potentiam, scilicet nonrepugnantiam, potest esse Filius, per quam gignitur; hoc falsum est, quia nonrepugnantia improprie dicitur potentia, virtus autem generandi est proprie potentia. De Patre verò non est ambiguum proloquium, sed una significatione falsum, quod per eandem potentiam, scilicet nonrepugnantiam, qua potest esse Pater, possit generare: est enim diversa potentia, alia improprie dicta, quæ est nonrepugnantia; alia virtus & vis naturalis gignendi, ut diximus. Alij respondent Patrem per potentiam generatricem posse esse Patrem; si nomen Pater significet solam relationem, quæ fundatur in potentia; quia generatio activa est fundamentum relationis; & ita per ipsam generationem quasi per fundamentum, & per potentiam generatricem ut per fundamentum remotum, potest esse Pater: Filium verò aiunt etiã ut hypostasim, posse esse Filium per potentiam Patris, scilicet per virtutem qua Pater generat personam Filij. Sed de ipso fundamento relationis dissiduum est inter Doctores, quod libro tertio disputabimus. Quod si nomen hoc, Pater, accipiat pro persona, falsum omnino est per potentiam generatricem esse Patrem.

CAPVT XXVI.
Potentia notionalis est diuina natura addita relatione.

Caput habet partes tres.
Prima pars. *Potentia notionalis est ipsa diuina natura.*
Secunda. *Potentia notionalis est natura diuina, addita relatione.*

A Tertia. *Quomodo intelligatur potentia notionalis cum relatione addita natura.*

PRIMA PARS.

Potentia notionalis est ipsa diuina natura.

Potentiam notionalem dicimus à qua actus notionales petuntur, hoc est, diuinæ origines, & processiones, ut cap. proximo explanauimus: cūq; prescriptum sit eam esse realem potentiam; iam differendum restat quid ea potentia sit, naturam diuinam, an ratio, vel coniunctum.

Aureolus ergo apud Ioannē Capreol. d. 7. videtur tollere potentiam notionalem ad actus notionales. Alij verò aiunt potentiam quidem generandi realem esse in Patre; sed ipsam relationem aiunt esse potentiam, & originem, & relationem, quibus auctor est S. Bonauēt. dist. 7. q. 1. Durandus q. 2. Dionys. Carthus. q. 1. Henric. Gand. in summa art. 59. q. 2. & quodlib. 3. q. 3.

Sed contraria sententia, quod potentia notionalis sit diuina natura, apud Theologos plerosque comperta est, & liquet; potentia enim operantis est virtus quædam qua operatur; at verò diuina relatio non est virtus personæ, sed proprietates: quod argumentum videtur efficacissimum. Nec minus habet pōderis id quo S. Thom. 1. p. q. 41. art. 5. in corpore sententiam suam firmat: Agens enim communicat principium formale quo agit, & in eo principio formali assimilat rei procedenti à se, ut generans rei genitæ; sed personæ diuinæ non assimilantur, sed distinguuntur relationibus; ergo relatio non est formale principium, quo personæ operantur etiam operationes notionales: nam etiam in ijs principium formale communicatur, scilicet natura diuina, & in eo sunt inter se similes. Et adhuc idem stabilitur Aristotelis pronunciatō communi, Vnūquodque agit, in quantum est actu, scilicet existens actu. Agens enim dat esse, dat autem quod habet; ideòque existentia est ratio agendi; sed natura diuina est ipsum esse personarum, scilicet ipsa existentia, ut catholicè confitendum est: ergo ipsa est operationis principium, & præcipua ratio operandi.

Est

1.

2.

Aureolus iam confutatus.

1. sententia.

S. Bonauēt. Durand. Carthus. Gandau.

3.

2. & vera sententia.

Probatur. 1. Diuina relatio non est virtus personæ, sed proprietates.

Probatur. 2.

S. Thom.

Principium operans operationes etiã notionales, communicat principium formale quo agit, & in eo assimilat rei procedenti; non verò distinguitur, ut in relationibus distinguuntur personæ.

Probatur. 3.

ex Arist.

Existentia est ratio agendi: Unde existentia diuina est principium formale operandi ad intra.

4. **Aduertend.** Principiū formale operationis in rebus materialibus est sola forma, quæ communicatur.

In angelis tota natura, quæ est forma omnino incommunicabilis.

5. In Deo tota natura. In Deo potentia generandi, & spirandi, intellectus, & voluntas, sunt ipsa natura diuina.

Natura diuina est incommunicabilis; ac proinde operationis principium.

S. Anselm.

Relatio non est

Est autem aduertendum, quod in agentibus quæ materia constat, sola forma est operationis principium, quæ dat esse supposito: natura autem speciei, etsi dicatur forma totius quia est res habita à supposito aliquo distincto, quasi informans illud; non tamen tota ex omni parte est principium operandi, sed sola forma, quæ dat esse; quare sola forma quoque communicatur: materia autem distinguuntur generans & genitum: & homo etiam animam rationalem communicat non producendo eam, sed in corpus inducendo. In angelis autem quia forma subsistit, & non est in materia, forma est tota natura; unde in angelis tota natura est operandi principium formale. Sed tamen angeli formam substantialem non communicant: quia non producant alios angelos. Imò in opinione S. Thomæ eorum forma est omnino incommunicabilis secundum numerum, & singularis.

Ergo cum natura diuina sit purus actus subsistens, necesse est, ut sit ipsa tota operationis principium. Quinetiam etsi ponamus in Deo intellectum esse potentiam generandi, & voluntatem potentiam spirandi, ut dicemus; Deus tamen per naturam suam generat & spirat, quia etiam per naturam intelligit & diligit, ut declarabimus; quia omnia in Deo sunt ipsa natura. Cum ergo fide Catholica edocti simus naturam diuinam esse communicabilem, ambigendi locus non est, quin ipsa sit communicationis principium. Si enim virtus maxima est, quæ perfectiones creatas communicat, haud dubium infinita virtus est, quæ infinitam naturam communicat, & ipsa virtus est ipsa natura; & esset imperfecta diuina virtus, nisi se ipsam posset communicare in diuinis processioneibus, quod postea docebimus. Cuius argumenti vis à S. Anselmo, argute aperitur de processione Spiritus Sancti, cap. 5. *Erit igitur diuina essentia in Spiritu Sancto non de Deitate Patris, sed de relatione, quod stultissimum est dicere.* Rectè quidem; cum enim Spiritus Sanctus accipiat naturam à Patre, si quod principium formale in Patre cogitandum est, à quo Filius accipit, non de relatione accipit naturam, sed de ipsa natura naturam accipit; aliàs relatio naturam communicaret: sicut ergo relatio Patri non dat esse Deum,

A sed Patrem; ita & Spiritui Sancto non communicat esse Deum, neque se ipsam communicat, neque est communicationis principium formale, sed potius incommunicationis: virtus ergo, & potentia, quæ est ratio comunicandi, non est relatio, aut proprietas personæ, sed ipsa natura.

Unde colligimus, quod essentia, ut est in Patre, distinguitur ratione ab ipsa essentia ut est in Filio, cum in Patre sit potentia generandi, in Filio principium formale geniti. Et idcirco Gilbert. Genebrard. ad Schegkium fol. 107. non indoctè dixit essentiam diuinam esse re vnum, & ratione multa; quia ut est in Patre, datur; ut est in Filio, accipitur; in Patre principium est, in Filio terminus: sicut punctum est vnum, & ratione multa, quia est principium vnius partis lineæ, & terminus alterius. Et sicut ratio propria puncti non includit, ut sit principium, aut terminus: ita neque ratio essentia diuinæ hæc in se includit, sed additur vtraque ratio essentia addita relatione, ut dicemus; ita ut essentia in Patre sit potentia generandi, & in Filio principium formale geniti: proprietas autem personalis, quam ille formam indiuiduam appellat, non est principium operandi, sed duntaxat constituit personam incommunicabilem.

S. Bonavent. & alij commemorati idcirco sibi persuaserunt relationem esse potentiam notionalem, quia existimant potentiam realem necessariò distinguere ipsa à procedente. Ad cuius rei intelligentiam si animum attendamus, hoc ipsum potius iudicabimus attinere ad perfectionem potentia, ut non distinguatur à persona genita siue procedente, ut obseruat S. Thomas ad 1. Namque per operationem communicatur forma distincta, euenit ex imperfectione virtutis, quæ non potest communicare se ipsam. Bartholom. Torres q. 41. art. 3. ait per accidens esse, quod res genita seu producta accipiat formam distinctam; quod quidem de rebus creatis si asseratur, falsum est; per se enim est quod res genita extra Deum distinguatur à generante in indiuidua natura. At verò de potentia ut est communis rationali potentia, & omnibus alijs potentijs, probè admodum dictum est, per accidens esse

communicationis principium formale, sed potius incommunicationis.

6. I conlectariū. Essentia ut est in Patre, distinguitur ratione ab ipsa essentia ut est in Filio. Genebrard. declarat exemplum puncti, quod idem est principium, & terminus lineæ. Neutrā rationem includit ratio puncti. Sic vtraque ratio principij, & terminij additur essentia, addita relatione.

7. 2. sententia fundamentum.

Refellitur.

S. Thom. Quod comunicetur forma distincta euenit ex imperfectione virtutis. Solutio Torres. Ad rationem potentia creatæ non est per accidens, quod res producta ab ea distinguatur re ipsa. Ad rationem potentia ut sic, seu in comuni maxime.

ad rationem potentiae ut sic, quod res producta distinguatur a potentia re ipsa: est enim vera potentia, scilicet notionalis, in Deo, quae non distinguitur re ipsa a persona procedente, siue genita. Et eò maximè perfecta est, quia se ipsam communicat; unde etiam vna & eadem est, non diuisa, aut distincta. Non verò est imperfectio virtutis diuinæ, quod extra se nō cōmunicetur in ipsa suauitate indiuidua: neq; enim fingi potest, quod extra se, se ipsam communicet; sed intra se eadem est indiuidua vnitatem, quae est principium communicationis, & res cōmunicata; & ea est infinitè perfecta operatio, ut notat S. Thom. in qua principium, & terminus operationis idem omninò est, scilicet, indiuidua natura: quare & potentia a qua ducitur ista operatio, infinitè perfecta est. Videtur autem opinio S. Bonauent. ita intelligenda, ut non omninò excludat naturam diuinā a potentia notionali; id enim esset nō improbabile solùm, sed patum consentaneum Patribus, & Concilijs, ut statim dicemus.

Confirmatio.

QUOD ergo natura diuina sit potentia notionalis, siue formale principium notionalis operationis, probatur primùm ex Patribus, & Concilijs, quae retulimus supra, in quibus hæc doctrina palam pronuntiatur, perpetuòque nominant virtutem generandi naturam ipsam diuinam, iuxta illud Psalm. 109. *Ex utero ante Luciferum genui te.* Et eadem veritas ostenditur eò quod Filius sit genitus de substantia Patris; est ergo substantia, & natura generationis principium: Legendus est S. Augustin. 15. de Trinitate cap. 13. & S. Anselm. Monolog. cap. 32. doctissimè id confirmat de Spiritu Sancto differens. *Non ex eo, inquit, procedit in quo plura sunt Pater, & Filius, sed ex eo, in quo sunt vnus non ex relationibus suis, quae plures sūt, sed ex ipsa essentia emittunt Pater, & Filius tantum bonum.* Et idem sentit Richard. de S. Viç. lib. 6. de Trinitate cap. 2. Perspicuum est etiā illud S. Ioan. Damascen. 1. fidei Orthodox. cap. 8. *Generatio est opus natura, non sicut generantis, sed sicut eius, quo generat.* Est autem magnum momentum in verbis habitis a Ioanne illo clarissimè in Cō-

A cil. Florent. sess. 18. *Dixi Filium ex Florent. Patre, & Patris substātiā generari, idē significare: ita tamen ut persona sit prouidens, & generās; principium autē quo ipsa persona generet, sit id quod solum cōmunicabile est.* Et infra. *Pater natura suppositum est, atque generans; diuina verò natura generatiuum principium.* Quae doctrina etsi non sit a Concilio definita, fuit tamen maximè accepta, & quasi consensu firmata. **B** Vbi cernimus naturā principium generationis dici, & principium quo, & generatiuum principium: & rationem reddi, eò quod sit cōmunicabilis. Nullum ergo dubium debet esse apud Catholicos, quin natura diuina sit generationis principium. Quare qui aiunt relationem esse potentiam notionalem, videntur posse explicari quod relationem simul, & naturam dicant esse notionalem potentiā; nam si solam relationem ponūt, parum consentaneè loquuntur & Patribus, & Concilijs. Neque est probabilis ea opinio, cum secundum fidem Catholicam persona diuina procedat de substantia, & essentia. Vnde colligitur necessario substantiam, & essentiam esse principium processions. Contrariam opinionem asserentem proprietatem personalem esse potentiam notionalem improbat **C** S. Thom. q. 41. art. 5. & Ioan. Scotus d. 7. q. 1.

SECUNDA PARS.

Potentia notionalis est diuina natura addita relatione.

DISPUTANDUM iam est, quomodo essentia diuina dicatur notionalis potentia: Scotus enim in 1. d. 7. q. 1. commemorat quosdam opinantes diuinam essentiam nulla adiectione, sed solā suo conceptu proprio esse potentiam notionalem. Quae eadem opinio tribuitur Magistro d. 7. cum sequitur Grabriel. d. eadem q. 1. 2. & 3. Verum quod addenda sit relatio ad naturam, qua potētiam notionalem exprimamus, dilucidè exponitur, vel ex ipsa nominis notione: nam potentia generandi, verbi gratia, est potētia notionalis ad operationem notionalem, quae est propria personae, & non communis. Cum ergo potentia absolutè dicta sit cōmunis tribus personis, potentia autem

Florent. sess. 18. Dixi Filium ex Florent. Patre, & Patris substātiā generari, idē significare: ita tamen ut persona sit prouidens, & generās; principium autē quo ipsa persona generet, sit id quod solum cōmunicabile est.

1. Sentētia nisi explicetur ut supra, parū cōsētanea est Patribus, & Concilijs.

Improbatur a S. Thom. & Scoto.

1. Sententia relata a Scoto.

Tribuitur Magistro & Grabrieli.

2. & vera sententia: Potentia notionalis prater naturā in sui intelligentia includit relationem. Probatur.

Hæc potentia notionalis.

Quod Deitas extra se, se ipsa cōmunicet, fingi non potest.

S. Thom.

1. Sententia explicanda ut velit relationē simul, & naturā esse notionalem potentiam.

7.

Psalm. 109.

S. August. S. Anselm.

Richard.

S. Damasc.

Ioan. in Cōc.

est proprii a a-
licuius perso-
ne.
Confirm.

Potentia rea-
lis distingui-
tur à re opera-
ta.

Ceteræ poten-
tiæ nullo ad-
dito, possunt in-
telligi vt rea-
les potentie: in
Deo potentia
generandi no-
nisi addita re-
latione gene-
rantis.

3.
Huius secun-
dæ sententiæ
1. explicatio,
naturam esse
principiū for-
male opera-
tionis præcipu-
um, relationem
quasi proxi-
mum.

Refellitur 1.
Principiū for-
male quodvis
est communi-
cabile, ac pro-
inde non est
proprietas.
Confirmatur
refutatio.

Principium
formale proxi-
mum dat esse
se agenti, &
per illud agit
quatenus est
actu.

Refellitur 2.
Intellectus di-
uinus, non rela-
tio, est princi-
piū proximū
generationis.

Refellitur 3.
Eiusdem ope-
rationis prin-
cipiū formale

notionalis sit propria alicuius personæ, A
necesse est relationem addere, qua pro-
pria reddatur. Et confirmatur, quia po-
tentia generandi est realis potentia, vt
diximus; potentia autem realis distin-
guitur à re operata: cum igitur essentia
diuina non distinguatur à genito, vt sit
potentia generandi realis, necesse est ad-
dere relationem eius à quo genitus pro-
cedat, scilicet, relationem Patris, inter
quem & procedentem genitum est rea-
lis distinctio. Itaq; ceteræ potentie, quæ
per se ipsas distinguuntur à rebus ope-
ratis, nullo addito possunt intelligi, vt
reales potentie, vt in rebus creatis po-
tentia generandi, & potentia calefa-
ciendi: Sed in Deo non potest intelligi
potentia generandi, nisi addita relatione
eius qui gignit, à quo genitus distinctus
procedit. Et hæc est Doctorū haud dis-
cors sententia.

Eorum autem qui relationem addunt
potentiæ notionali, quidam eam inter-
pretantur esse quoque virtutem quasi
actiuā, vt natura sit principium forma-
le præcipuum, ratio verò sit principium
formale operationis, quasi proximum.
Hæc opinio facile refellitur: ideo enim
admittunt naturam diuinam esse prin-
cipium formale operationis notionalis,
quia est communicabilis; agens enim
communicat formam: sed quicquid ha-
bet rationem formalis principij, est id,
quo agens agit, quo sibi assimilat pas-
sum, & quod ei communicat: ergo po-
tentia, siue virtus, aut principium, siue
primum sit, siue secundum & proximū,
est communicabile & non proprietas,
sed natura, vel qualitas agentis. Et con-
firmatur: quia principium formale pro-
ximū, quod dicitur virtus, siue facul-
tas, dat esse agenti, & per illud agit qua-
tenus est actu; sed ratio non dat esse
personæ diuinæ: sola ergo natura quæ
dat esse, est operationis principium, quod
Ioannes prædictus in Concilio Florēt.
proculdubio declamauit. Sed adhuc in-
firmatur hæc opinio; quia essentia diui-
na est præcipuum formale principium
operationis; intellectus verò est prin-
cipium proximū generationis: absur-
dè ergo adijcitur tertium principium re-
latio. Est etiā à ratione alienum, vt eius-
dem operationis aliud sit principium for-
male absolutū, aliud relatiuum; si enim
ea est operatio, vt operans relatione o-

peretur, certè non operatur naturā: quòd
si naturā operatur, quasi formā operandi,
non operatur relatione. Explicatur hoc:
nam duplex vt cunque principium ope-
rationis, alterum præcipuum, alterum
minus præcipuum, concurrunt ad termi-
num eundem; ergo si ratio & natura
sunt simul operationis principium, rela-
tio concurrunt non solum ad relationem,
sed ad naturam, ita vt natura sit termi-
nus per operationem relationis acqui-
situs, quod est impossibile. Quod etiam
refutatur, eò quòd ratio diuina non est
principium formalis communicationis,
sed potius incommunicationis.

Merito ergo hæc opinio non verifi-
canda est, quæ videtur imbibita
à Gotfredo de fontibus quodlib. 6.
quem Durand. refert. d. 7. q. 2. qui ope-
rationis notionalis duo constituebat
principia, alterum essenziale, quòd esse
dicebat communicationis principium
formale; alterum relatiuum, quòd esset
principium fomale productionis: hoc
autem distingui à re producta; illud ve-
rò minimè.

Sed Gotfredus non subijciebat vnū
principium alteri, quasi virtutem ope-
rationi proximam diceret esse ratio-
nem; principium verò præcipuum, esse-
ntiā: sed duas operationes meditabatur,
alteram communicationis, alteram pro-
ductionis. Euerso igitur fundamento
Gotfredi, facili negotio ruit eius sentē-
tia: vna enim & eadem operatio notio-
nalis est productio, & communicatio;
quippe cum neque communicari natura
possit, nisi cum reali productione per-
sonæ; neque verò personam producere,
aliquid aliud sit, quàm naturam illi ad-
dere, & communicare; produci verò ac-
cipere sit & communicari naturam; non
duplex ergo est, sed vna operatio eadē-
que, quæ est communicatio, & produ-
ctio. Sed in eo quoque errat, quòd ex-
istimat principium formale productio-
nis esse relationem; est enim principium
quasi actiuum ipsa natura operantis, &
non proprietas, vt probatum est. Ab hac
sententia non discrepat Henricus in
sua summa art. 57. q. 7. & quodlib. 3. q.
3. existimat enim essentiā, & ratio-
nem simul esse potētiam notionalem; essen-
tiam enim esse principium assimilatio-
nis, relationem verò productionis prin-
cipium; & cum assimilatio & comunica-
tio

non est aliud
absolutū, aliud
relatiuum
Explicatur
hoc.

Impossibile
est naturā esse
terminum per
operationem re-
lationis acqui-
situm.

Refellitur 4.

4.
1. explicatio
deriuata est
à Gotfredo
Eam refert
Durandus.

5.
2. explicatio
Gotfred.
Hic non sub-
ijciebat vnū
principiū alte-
ri, sed duo prin-
cipia, vt & du-
as operationes
meditabatur,
alteram com-
municationis
alteram pro-
ductionis.

Refellitur 1.
Personā pro-
ducere est da-
re, & comuni-
care illi natu-
ram.

Refellitur 2.
Principiū qua-
si actiuū ope-
rans est na-
tura, non pro-
prietas.
Eidem expli-
cationi cōlētis
Henric.

3. Explicatio, essentiam & relationem simul, & æquæ esse potētiam notionalem. *Alb. Magn. Richard. S. Tho. in 1. ut credit Caiet.*

4. explicatio, relationē additā ut natura inde accipiat vim actiuam. *Ex. m. plurim.*

5. Explicatio cōmunis Thomistarum, relationem additā ut conditionē sine qua non.

tio eiusdem principij sit; ea in re cū Gotsfredo consentit Henricus. Alij sunt qui essentiam, & relationem simul æqueque significata dicāt esse notionalem potentiam. Ita credit Albert. Magn. d. 7. q. 2. & Richard. ibidem q. 1. Quam opinionem fuisse alibi ipsius Doctoris Sancti credit Thomas Caiet. 1. p. q. 41. art. 5. sed hoc infra expendemus. Eam ergo S. Thom. ubi proximè art. 5. iisdem argumentis infirmat, quibus & superiores reiecit; eò quòd relatio, cum sit proprietas, non sit principium formale communicationis, ut in rebus creatis intuemur. Si enim proprietas Socratis esset principium formale generandi, generaret Socratem, generaret inquam se ipsam, sicut ignis ignem generat, & homo hominem; quia ignis, & homo cōmunicant formam, per quam generant.

TERTIA PARS.

Quomodo intelligatur potentia notionalis cum relatione addita nature.

Certissimum ergo sit ita addendā esse relationem potentia notionali, ut operans non operetur per relationē additam, sed per solam naturam; quod difficile est explicatu. Illud tamen probandum non est, quòd diuina natura in Patre reddatur generatiua, ad eum modum, quo calor naturalis in farina habet aliquid actiuæ vis ad procreandum lac, quod in viris nō habet. Hoc, inquā, valde abhorret à saniori doctrina; nam cū tota vis generatiua sit, qua Pater generat, tota est essentialis: sed natura diuina nihil essenziale accipit à Patre, ergo non ad eum modum natura diuina in Patre generatiua redditur. Idemque vehementius probatur: quoniam natura diuina in Patre solam relationem habet additam; sed relatio non est principium formale operationis præcipuum, aut minùs præcipuum, ut diximus; ergo natura non redditur in Patre generatiua, quasi inde habeat vim generatiuam. Thomistarū cōmunis est explicatio, quòd relatio addita est cōditio sine qua non (ut aiunt) Itaque natura est in Filio non generatiua, in Patre verò generatiua, quia paternitas est cōditio sine

A qua natura generatiua non est: & item Paternitas & Filiatio est cōditio, sine qua natura non est spiratiua, quæ est opinio Scoti d. 17. q. 1. Eam Bartholom. Torres cum alijs longè persequitur. Sed neque ea commentatio satis placet; cōditio enim sine qua non est aliquid, pertinet ad genus causæ, & quodammodo concurrat: natura autē diuina est se ipsa perfectissimum principium operationis etiam notionalis; quia operans per eam solam operatur, & nullatenus per relationem. Videtur ergo meliùs explicandum cū S. Thom. 1. p. q. 41. art. 5. cui consentit Scotus d. 7. q. vnica, quòd potentia generandi, verbi gratiā, significat in recto naturam, & in obliquo proprietatē Patris; ita ut relatio ad hoc addatur, nō ut natura inde accipiat, aut vim actiuā, aut conditionem sine qua non; sed ut potentia reddatur propria istius hypostasis, & nō alterius; potētia enim generatiua in Deo significat naturam diuinā non absolutè, sed ut est natura Patris. Est ergo sola natura qua Pater generat; sed tamē sicut solius Patris est generare, ita & solius Patris est generandi potentia; dum ergo additur naturæ proprietate Patris, natura Patris reddita est potentia generandi per hoc duntaxat, quia est propria istius hypostasis: natura ergo adiecta proprietate Patris, est potentia generatiua. Hoc idem explicatur, cū dicimus, Natura diuina prout est in Patre, est potentia generatiua; siue dictionem illam, prout, accipias reduplicatiuam, siue specificatiuam, ut aiunt: significatur enim non quòd proprietate Patris reddat naturam diuinam generatiuam, quasi adiciat illi vim aliquam actiuam; sed duntaxat, quòd reddat eam propriam personæ, cui cōuenit generatio, & ita interpretamur prout est in Patre, hoc est, prout est propria Patris. Non habet ergo natura diuina virtutem à proprietate, sed ipsamet est perfectissima virtus cū proprietate coniuncta. Hoc idem explicare conati sunt, qui dixerunt proprietatem esse conditionem sine qua nō: est enim vera conditionata propositio, si est in Patre, est potētia generatiua; si nō est in Patre, non est, &c. Nos tamen cōditionem sine qua non, ideo cauemus dicere; quia in physicis disciplinis est quodammodo causa siue principium. Hæc autem

Est opinio, Scot. d. 17. Eā persequitur Torres. Refellitur. Natura diuina est se ipsa perfectissimū principium operationis etiā notionalis, independentē à cōditione, ut & causa.

3. Sexta, & vera explicatio, S. Tho. 1. p. Scoti d. 7.

Relatio additur significata in obliquo, ut potentia reddatur propria istius hypostasis.

Explicatur. Natura prout est in Patre est potentia generatiua, hoc est, prout est propria Patris.

Hæc in re conditionate vere sunt. Si natura est in Patre, est potentia generatiua. Si non est, &c. Cauendum tamen nō est cōditionis sine qua non.

autem dilucidiora erunt capite sequenti in aduertendis.

S. Thom. in 1. d. 7. art. 2. docet quidem, essentiam prout est in Patre esse principium generationis, vt modò disputabamus. Sed hoc ita prescribit, vt principium quo & formale sit essentia, sub ratione tamen relatiua. Et affirmat essentiam prout est paternitas, esse principium generandi; & est ibi sui ipsius interpretis adijciendo essentiam esse principium quo, sed relationem esse rationem principij: ratio enim quare essentia sit potentia generandi, quæ non est secundum se, relatio est; ergo relatio est ratio principij, siue potentia generatricis. Itaque relationem non dicit conditionem, sed rationem principij, siue potentia. Et q. 2. de Potentia art. 2. ait relationem esse quasi cointellectum principium, eò quòd essentia præcisa à relatione non sit principium generandi; neque enim potest intelligi principium generandi, siue potentia, nisi adiecta relatione, vt docuimus.

Sed nihilominus hæc verba vtraque obscura sunt; primum enim videtur falsum, quòd relatio sit ratio principij; ratio enim principij maximè dicitur ipsa principium quo formale: forma enim agendi est ratio agendi, & ratio cuiusque rei est eius completa quidditas; ratio enim cuiusque rei dicitur ipsa forma significata per nomen: Si igitur relatio est ratio potentia generatricis; non in obliquo, sed in recto significatur, & ipsa præcipue est vis actiua, quod nos omnibus modis improbamus. Et alterum etiam videtur falsum, quòd relatio sit principium cointellectum, hoc est, simul cum essentia intellectum; si enim sit sermo de principio formali quo, relatio nullo modo est principium; si verò loquendum sit de principio quod generat, illud est persona, non relatio; quia paternitas non generat, vt dicemus lib. 5.

Haud dubium est S. Thom. 1. p. magis acuratè fuisse loquutum, dum ait essentiam addita relatione paternitatis, siue essentiam prout est in Patre, esse potentiam generandi. Et fortè in lib. sentent. credidit essentiam & relationem simul esse potentiam generandi; ad quod est consequens, vt relatio sit ratio potentia; quia per illam constituitur, quæ remota essentia non esset potentia; Sed

A hanc opinionem iam reiecimus. Quare melius credendum est, non ita sensisse Doctore Sanct. sed dixisse minùs propriè essentiam prout est paternitas, hoc est, essentiam prout est in Patre, esse generatricem potentiam. Rectè autem dixit relationem esse rationem potentia, non in recto, sed in obliquo; potentia enim generandi non intelligitur nuda essentia, sed essentia in Patre; quæ relatio addita est ratio potentia in obliquo, pertinens quidem ad rationem formalem potentia, sed non in recto; quia in recto nomine potentia intelligimus formam, qua Pater generat, quæ est sola essentia; sed in obliquo potentia generandi includit in sua propria intelligentia relationem Patris. Eadem ex causa dixit q. 2. de potentia relationem esse principium simul intellectum, scilicet principium formale quo, loquendo videlicet impropriè, vt id quod pertinet ad rationem principij dicatur principium. Et ita rectè dicit esse principium cointellectum; quia essentia non potest intelligi, vt potentia generandi, nisi relatione adiecta. Hoc autè quod dicim⁹, in obliquo indicari relationem, sic exponitur, quòd relatio non est potentia generandi, sed clauditur in conceptu potentia; sicut scibile claudit in conceptu scientiam, & tamen scibile non est scientia.

Quòd breuè scitè dixit S. Th. in 1. d. 7. q. 2. potentia generatricem esse quid mediū inter essentialia, & personalia; nam etsi simpliciter sit personæ illius propria, cui tribuitur; nihilominus nō est quid personale, si (vt moris est) relatiua dicamus personalia; nam potentia generatrix nō est relatio, sed essentia & absolutum; neque verò inter essentialia numeratur, cum non sit nuda essentia, sed essentia addita relatione, neque sit comune, sed proprium; essentialia autem sunt communia.

Aduertendum etiam est, relationem additam essentia, vt sit potentia generandi, esse formam hypostaticam, de qua lib. 4. disputabimus: ordo enim cognitionis ibidem explicatus, hic est; primò intelligimus personam; deinde potentia generandi; tertio loco generationem. Cum ergo potentia generandi antecedat generationem, & in illa antecedentia habeat id quod pertinet ad rationem potentia; iam præintelligitur addita relatione

2. Responso melior est, eū minùs propriè loquutum in 1. p. primi asserti. In 2. p. rectè dixisse relationem esse rationem potentia, non in recto, sed in obliquo Declaratur.

Ad 2. impugnatio Responso vt ad 1.

Vt relatio in conceptu potentia generandis, sic scibile clauditur in conceptu scientia, & tamen non est scientia.

7. 1. Consectar. S. Thom. Potentia generatrix est quid medium inter essentialia, & personalia. Non est quid personale: Nō essentialia.

8. 2. Consectar. Relatio addita essentia vt sit potentia generandi, est forma hypostatica. Ostenditur. Potentia generandi præintelligitur addita relatione, ante generationem.

4. S. Thomæ asserta quædā expenduntur:

1. Assertum ex lib. 1. sentent. essentia prout est paternitas, esse principium generandi. Item relationem esse rationem principij

2. Assertum ex q. 2. de Potentia relationem esse principium cointellectum.

5. Impugnatur 1. Assertum.

Impugnatur 2. Assertum.

6. Aduertendum. S. Thom. 1. p. magis acuratè loquut⁹ est.

Ad 1. impugnatio. 1. Responso. Fortè S. Doct. ibi consensit 3. explicationi

latione personæ illius, cui est propria, quæ relatio est forma hypothetica. Et confirmatur, quia in illa antecedentia potentia generandi iam intelligitur propria illius personæ; ergo iam intelligitur addita proprietate, quæ est forma hypothetica, & ipsa est relatio, quam dicimus additam essentia pertinet ad rationem formalem potentia generatricis. Cum ergo S. Thom. 1. p. q. 41. art. 1. ad 3. ait potentiam generandi significare essentiam in recto, & generationem in obliquo, consideravit potentiam in ordine ad actum, qui est generatio: sed aliàs sepius inuestigans propriam rationem potentia istius ait esse essentiam addita relatione; non, inquam, addita origine, sed addita relatione, quæ est forma hypothetica. De potentia verò passiva generationis postea dicemus.

A conuenit illi etiam impersonaliter. Neque enim est potentia in eo cui non conuenit actus potentia; omnis enim potentia refertur ad actum, ut docet Aristoteles 9. Metaphys. Et confirmatur, quia potentia generandi est essentia addita relatione gignentis, aut geniti; sed neutra relatio est in Spiritu Sancto; ergo neque potentia generandi.

B Verum est quod potentia generandi impersonaliter est communis Patri, & Filio, æquiuocatione vocis; quia gerundium illud, generandi, commune est voce tenus generanti, & genito. Vnde non colligitur eandem potentiam generandi, quæ est in Patre, esse in Filio; est enim eadem voce tenus æquiuocata, sed in re significata non est eadem potentia, sed est in Patre potentia ut generet, in Filio ut generetur, qui sunt duo actus potentia diuersæ. Et idcirco S. Thom. 1. p. longè doctius dixit eam essentiam, quæ est in Patre potentia actiua, esse in Filio potentiam non passiuam, sed significatam voce passiuam, ut generetur, quod postea exponemus. At verò in Spiritu Sancto nullo modo est generandi potentia, cum Spiritus Sanctus per eam potentiam nihil possit.

C Id etiam alterum assertum est falsum, quod essentia secundum se sit potentia generandi etiam impersonaliter: nam essentia secundum se nihil indicat proprium: sed generatio est quid proprium siue actiue, siue passiuè; ergo non continetur nomine essentia secundum se. Illud autem attributum, quod dicimus fecunditatem, non indicat aliquid proprium; & omnibus personis conuenit sub eadem ratione, ut postea declarabimus; quare essentialè est, & essentia secundum se conuenit. Et confirmatur, quia potentia generandi est quid medium inter essentialia, & personalia, ut diximus ex S. Thomæ mente; ergo non conuenit essentia secundum se.

D Eodem modo philosophandum est de potentia spirandi, nam actiue est propria Patris, & Filij additis duabus relationibus Patris, & Filij, ut in sequentibus disputabimus; passiuè autem est propria Spiritus Sancti.

Confirmatio.
Quod natura diuina addita relatione sit potentia notionalis, ita ut natura

Omnis potentia refertur ad actum.

Aristotel.
 Confirmatur.

10. Obiectioni occurritur.

Potentia generandi impersonaliter est communis Patri & Filio, æquiuocatione vocis, non re significata.

S. Thom.

11. Cōtra 2. assert. 2. Conclusio. Essentia diuina non est secundum se potentia generandi, etiam impersonaliter. Probatur. Fecunditas non indicat aliquid proprium.

Confirmatur.

12. 4. consecrariū

13.

Confirmatur.

Idem.

Explicatur.

9. 3. consecrariū. Essentia secundum se non est potentia generandi. Hæc potentia sumitur, 1. actiue, 2. passiuè, 3. impersonaliter.

S. Thom.

Quorundam opinio asserit 1. potentiam generandi impersonaliter esse communem tribus personis. Asserit 2. esse essentiam secundum se. Cōtra 1. assert. 1. Conclusio. Potentia generandi nullo modo conuenit Spiritui Sancto proprie loquendo. Probatur.

1. Conclusio. Potentia generandi nullo modo conuenit Spiritui Sancto proprie loquendo. Probatur.

S. Thom.
Scotus.
Ægidius.
Richard.
Marcil.
Alb. magn.
Altfiodor.
Ferrar.

natura in recto, relatio in obliquo significetur, vt aiunt Theologi, docet S. Thom. 1. p. & de Potentia q. 2. artic. 2. Ioannes Scotus d. 7. q. vnica, Ægidius q. 2. Richar. q. 1. Marcil. q. 11. Albert. Mag. d. 7. art. 2. Altfiodorensis lib. 1. cap. 6. q. 4. ad vltimum, & Francif. Ferrar. 4. contra gentes, cap. 13. & alij pluri.

CAPVT XXVII.

Argumenta refelluntur.

1.
Obiectio ex
S. August.

Videtur tamen posse nobis opponi contra id quod constituimus, potentiam, scilicet, notionalem esse diuinam naturam, S. Augustinus 5. de Trinitate cap. 6. & 7. *Filius eo Filius, quo genitus*: ergo similiter Pater eo Pater, quo generat; ergo paternitate generat; ergo paternitas est potentia generandi.

2.
1. Argum.

Deinde arguitur non spernendis argumentis. Primò, quod est proprium rei cuiuspiam conuenit ei per id, quo ea res à cæteris est distincta; sed potentia generandi est propria Patris; ergo per paternitatem ei conuenit: ergo vel paternitas est potentia, vel saltem pars potentia.

3.
2. argum.

Secundò, eo modo se habet operatio personalis ad personam, quo essentialis ad essentiam; ergo sicut ad operationem essentialem potentia est essentialis, ita ad personalem operationem personalis potentia, scilicet ipsa proprietas personæ. Et confirmatur, quoniam potentia extra ipsum operans considerata, adhuc manet operatiua, vt calor extra ignem est virtus calefactiua; sed essentia diuina præcisa à Patre non est generatiua; ergo neque in Patre generatiua est.

Confirmat.

4.
3. argum.

Tertiò, id quod dat esse, dat quoque operari; forma enim quæ est principium formale vt res sit, est quoque formale vt operetur; sed paternitas est quasi forma constituens Patrem, & dat illi esse: ergo eadem est illi operandi principium.

5.
4. argum.

Quartò, operationes distinguuntur saltè rationibus formalibus penes principia & terminos; sed in generatione Filij, & processione Spiritus Sancti non possumus ostendere principia, & terminos distinctos, nisi relationes siue proprietates: ergo ex proprietates sunt principia, & termini operationum.

6.
5. argum.

Quintò, potentia realis necesse est vt distincta sit à re producta, sed in Patre,

A verbi gratia, sola proprietates, quæ est paternitas distinguitur à re producta, scilicet à Filio: ergo sola proprietates in Patre est realis potentia.

Sextò, relationes diuinæ sicut subsistunt, ita etiã sunt ipsæ res operantes & operationis principia; cū ergo sint productiue, eademque distinctæ à re producta, in eis sanè perfectè inuenitur tota ratio realis potentia; non autem in essentia, quæ non est distincta à re producta.

Septimum argumentum difficile est, idque tritissimum. Potentia generandi si dicatur esse virtus ipsa diuina, aut vt aliqui credunt, omnipotentia ipsa; haud dubium, est quædam perfectio, eaque maxima: & non est in Filio; est ergo potentior Pater, Filiusque minùs potens & perfectione aliqua priuatus.

Octauò arguitur contra id, quo nostra sententia explicatur, quòd scilicet essentia prout est in Patre sit generatiua potentia. Nam dictio illa, prout, si sit specificatiua, exprimit rationem formalem potentia: est ergo ipsa proprietates còpleta ratio generatiua potentia, quod aduersarij conantur. Si verò sit reduplicatiua indicans causam (reduplicatiua enim dictio causam significat) sanè proprietates erit ipsa causa, vel principium operandi: siquidem in sensu reduplicatiuo essentia prout còiungitur cū proprietates, est operandi principium; ergo modis omnibus omnique via dandum hoc est, quòd proprietates sit potentia, aut pars saltem potentia.

C Nonò, probatur quòd essentia, & proprietates sint duo principia; nam in diuina processione essentia còmunicatur, & nõ producitur; persona autè producitur, & nõ còmunicatur; ergo nõ potest vtrūque præstari operatione eadè, sed distincta, ita vt alterius operationis principium sit essentia, alterius verò proprietates; essentiaque erit principium còmunicationis, proprietates principium productionis.

D Vltimò probatur, quòd sola essentia præcisa proprietates sit potentia rationalis. Quoniam sola essentia est terminus formalis operationis notionalis; ergo sola essentia est principium formale illius; cū operatio equè respiciat principium formale, & terminum. Et confirmatur ex verbis S. August. *Filius nõ generat, nõ quia nõ potuit, sed quia non oportuit*, ergo potentia generandi est in Filio, & est ipsa essentia

7.
6. argum.

8.
7. argum.
Difficile, & tritissimum.

9.
8. argum.

10.
9. argum.
Pro secunda explanatione
Gotfredi.

11.
Vltimum pro
1. sententia.

Confirm. ex
S. August.

tia cōmunis, etsi Filius non generet per illam.

Aduertenda.

12.
1. Aduertitur
multiplex res-
pons. ad 7. arg.

1. Responso.

Aliqui Docto-
res admittunt
perfectionem
in Patre, quæ
non sit in Fi-
lio.

Refellitur
loquuntur de p-
fectione relati-
ua.
Potentia gene-
randi est perfe-
ctio absoluta.

13.
2. Responf.
concedens po-
tentia ad gene-
randū actiuam
esse simpliciter
in Filio.
Improbarur 1.

S. August.
solū dixit Fi-
lium non ideo
non generare,
quia non po-
test, id est, non
ex defectu po-
tentia.
Refellitur 2.
ex Aristotel.
In Sp. Sancto
eādē ratione
esset potentia
generatiua.

3. Responso.

Eam tradit
Fr. & Christo

Antequam ad argumenta respōdeamus, opus est præmittere quorundam opinionem, qui facile permittunt aliquam perfectionem esse in Patre, quæ non sit in Filio: quare apud eos infirmū argumentum est potentiam generandi actiuam esse perfectionem, & idcirco esse quoque in Filio concedendam; negāt enim istam consequentiam; rati esse aliquam perfectionem in Patre, quam non oporteat esse in Filio. Sed isti Doctores loquuntur de perfectione relatiua, vt lib. 3. disputabimus; Cum igitur potentia generandi indicet perfectionem essentialē & absolutam, quæ est diuinū attributum, vt diximus; & nefas sit perfectionem essentialē, siue attributum essentialē aliquod denegare Filio; magis anxie inquirunt Doctores responsum ad quæstionem propositam, quomodo sit potentia in Patre, quæ non sit in Filio?

Sunt qui respondeant potentiam ad generandum actiuam esse absolute, ac simpliciter in Filio: Filium verò nō generare; eò quòd alius Filius sit impossibilis; sicut dixit. S. Aug. Filiū non generare nō quia non potest, sed quia non oportet. Ista tamen sententia cauēda est, neque vllus Patrum concessit Filiū generare posse, cum tamen argumento vrgerentur; neque S. August. dixit Filium generare posse, sed dixit Filium nō ideo non generare, quia non potest, hoc est, non defectu potentia quæ infinita est in Filio. Obstat etiam huic sententia Aristotel. pronunciatum lib. de somno & vigilia, eius esse potentiam cuius est actus: quare si Filij non est generare, neque potentia generandi in Filio est. Neque verò hac via ijdem euadunt; nisi etiam dicant in Spiritu Sancto esse quoque potentiam generatiuam, quod est absurdum, & inauditum, cum tamen vtriusque æqua sit ratio. Alij respondent potentiam quidem generandi non esse in Filio, eò quòd ipse habeat totam rationem adæquatam filiationis, ideoque filius alius non sit possibilis; non verò eam potentiam in Filio desiderari ex imbecillitate aliqua, aut imperfectione. Ita Franciscus à Christo; & ve-

Ara quidem ait: sed argumento non, facit satis; nam si ea potentia est perfectio nulla potest perfectio denegari Filio, aut Spiritui S. Thomas Caietan. ait esse potentiam generatiuam non simpliciter potentiam, sed ex parte, & secundum quid: hoc autem videtur ita explicandum, non quòd sit imperfecta potentia, imò est in ratione potentia infinita; sed quòd est potentia nō simpliciter alicui attributa, nisi addita proprietate, iuxta doctrinam S. Thomæ in 1. d. 7. q. 1. art. 2. ad 3. alijs verbis explicatam, quam & 1. p. quæst. 41. art. 5. persequitur. Dicendum igitur est potentiam generatiuam simpliciter, & absolute esse perfectionē & potentiam, vt antea docuimus; necesse est enim saltem verbis à Caietano hac in re dissentire: sed non est potentia quæ possit explicari, nisi addita proprietate, qua redditur propria generantis. Eadē ergo potentia est in Patre, & in Filio, & Spiritu Sancto, sed additis proprietatibus distinctis, nam in Patre est vt generet, in Filio vt generetur, in Sp. Sancto vt procedat; proprietates verò nihil perfectionis adiungunt. Proponit S. Thom. in 1. Sentent. & 1. p. quæst. 41. art. 6. ad ad primum, & quæst. 42. artic. 6. ad 3. exemplum; nam esse Patrem, & esse Filium, idem esse diuinum est; Pater tamē & Filius distinguuntur: ita potentia vt generet, & potentia vt generetur est potentia eadem; gignere autem & gigni proprietates distinctæ. Cui responsioni arridet S. Ambros. lib. 4. de Fide, cap. 1. *cur, inquit, non iste generauit? quia neque ille generatus est.* innuens hoc pertinere ad proprietates personarum, nō ad potentiam, quæ est æqua in omnibus.

DEst autē in exemplo discrimen, quia esse Patrem significat in recto relationem, sicut esse album significat in recto accidens; & idcirco esse Patrem est omnino incommunicabile: potentia verò generandi actiua in recto significat aliquid absolutum & communicabile. Vnde S. Thom. ad primum, ait eandem potentiam esse in Patre & Filio, vt potē communicabilem; sed non cum eadem relatione. Quare potētia generandi actiua vt sic, est Propria Patris, nō quoad id quod significat in recto, sed quoad id quod additur in obliquo: Et in eodē sensu est incommunicabilis potētia generandi actiua,

Non satisfacit
-rgumento.

4. Responso
Caietan.

Explicatur
cōsentaneè ad
S. Thom.

Reijcitur:
Caietan. sal-
tē quoadmo-
dum loquendi
Potentia gene-
ratiua simplici-
tēr est pfectio,
& potentia, sed
quæ nō expli-
catur, nec sim-
pliciter alicui
attribuitur, ni-
si addita pro-
prietate.
Vera respōsio.
Eadem potētia
est in singulis
psonis, sed addi-
tis proprietati-
bus distinctis,
quæ quidē ni-
hil perfectio-
nis adiungunt.
S. Thom.
Exemplum
S. Ambros.

14.
In exemplo dif-
crimen.
Esse Patrem, &
esse Filium sig-
nificant in re-
ctorelationem:
nō sic potentia
vt generet, &
potentia vt ge-
neretur.
S. Thom.

Potentia gene-
rati actiua vt
sic, est propria
Patris, solum
quoad id, quod
additur in obli-
quo: & sic est in-
cōmunicabilis

actiua, non quoad id quod in recto significat, sed in obliquo. Itaque cautè loquendum, vel distinguendum est; Pater enim communicat Filio potentiam, qua ipse generat: sed non communicat, potentiam, qua Filius possit generare. Nec sequitur quòd aliqua perfectio essentialis sit in Patre quæ non sit in Filio: sed quòd aliqua perfectio essentialis in Patre sit coniuncta cum aliqua proprietate, siue relatione, cum qua non coniungitur in Filio, quod est verissimum, & apud omnes Doctores compertum. Ergo eadem est perfectio, imò & potentia eadem est cõmunis tribus personis, quæ vna persona generat, altera gignitur; duæ spirant, tertia spiratur. Quæ etiam in re aduertendum est, quòd potentia actiua generandi non idcirco est perfectio essentialis quia actiua; nam esse actiuam pertinet ad proprietatem Patris, & non est perfectio essentialis: sed quia est principium infinitæ communicationis, quæ ratio perfectionis etiam in persona procedente inuenitur, vt diximus.

Deinde aduertendum est circa notas quas reduplicatiuas vocant; quòd illa nota specificatiua significat rationem formalem, reduplicatiua verò indicat causam. Et quidem inspecificatiuis est regula, quòd si nota specificans sit in solo antecedente, consequentia non est formalis; quia illa nota facit appellationem; verbi gratia, Deus odit hominem quatenus impium, ergo odit hominem. Et hanc vocant consequentiam ab specificante ad simplicem; quia consequens in quo non est illa nota specificans, dicitur simplex propositio: tamen est bona consequentia; si in consequente terminus propositionis ille assumatur, qui erat specificante nota designatus in antecedente, verbi gratia, Odit Deus hominem quatenus impium; ergo odit impium. In reduplicatiuis verò est regula, quòd ab illis ad simplices est formalis consequentia, quæcunque termino antecedentis in consequente vtaris, siue illo qui reduplicante dictione fuerat notat, siue altero qui illa nota nõ designabatur: verbi gratia, ignis quatenus calidus calefacit; ergo ignis calefacit; ergo calidum calefacit: vt utrumque enim sequitur. Et hæc docet Ioannes Scotus d. 1. q. 2. & d. 2. q. 7. Dominicus Soto, & Augustinus Nymphus 1.

Pater cõmunicat Filio potētiam, qua ipse generat, non qua Filius possit generare.

Potētia actiua generandi nõ idcirco est perfectio essentialis, quia actiua: sed quia est principium infinitæ communicationis, quæ ratio perfectionis etiam in persona procedente inuenitur.

16. 2. aduertendū.

Aspecificate ad simplicem consequentia non est formalis. Ratio. Exemplum.

Est formalis, si terminus notæ specificante designatus in antecedente, assumatur in consequente.

Exemplum.

A reduplicate ad simplicem est consequentia formalis, quocumque antecedens termino assumpto in consequente.

Exemplum. Scotus. Sotus. Aug. Niph. Caiet.

Priorum cap. 48. & cum illis Thomas Caietanus 1. p. Fons. in institut.

Cum ergo dicimus potentiam generandi esse essentiam, quatenus est in Patre; nota illa, quatenus, vtroque modo potest accipi: in sensu specificatiuo est vera propositio; quia esse in Patre, etsi non sit ipsa potentia in recto, tamen in obliquo pertinet ad rationem formalem potentie generatricis, vt diximus; quam rationem formalem indicat nota specificatiua. At verò si nota eadem reduplicatiua sumatur, etiã est vera propositio, quasi in sensu causali: aduertendū est enim quòd relatio facit, vt essentia quæ est cõmunis sit propria istius, aut illius personæ; & ita quasi in sensu causali relatio est causa, siue potius ratio, vt essentia sit propria istius personæ. Cū ergo potentia generandi actiua in hoc sita sit, quòd sit propria istius personæ, relatio quæ est proprietas istius personæ, quasi in sensu causali est ratio à priori, vt essentia in Patre sit potentia actiua. Quare etiam in sensu reduplicatiuo quasi causali, essentia prout in Patre est potētia actiua, & prout cum natiuitate coniungitur est potentia passiua, vt explicauimus.

B

C

D

Responsio.

Respondendo ad argumenta negamus nos cum S. Augustino pugnare; Imò est S. Augustinus procul dubio in nostra sententia, vt cap. precedente probatum est. At verò hoc loco recitato non legitur apud S. Augustinum, *eo Filius, quo genitus; sed ideo Filius, quia genitus.* Quòd si legendū probes id quod argumento proponitur; duntaxat asserit, quod verissimū est, Filium proprietate, non essentia esse genitum, & Filium: eodem (inquam) genitum & Filium; eodē, hoc est, proprietate; studiosus enim est S. August. vt proprietatem ab essentia discernat, cum hæc cõmunis sit, illa verò prorsus distinguat.

Ad primum argumentum respondetur concedendo vttramque propositionem antecedentem; nam potentia generatiua est propria Patris, & ideo conuenit ei per proprietatem personalem qua distinguitur à Filio, vt argumentum probat: ea enim proprietas reddit potentiam generatiuam propriam Patris, vt diximus; non tamen sequitur quòd

Fonsca.

17.

Hæc propositio. Potentia generandi est essentia quatenus est in Patre

In sensu specificatiuo seu formali, vera est.

Ostenditur. In sensu reduplicatiuo seu quasi causali, vera est.

Declaratur. Relatio est ratio, vt essentia in Patre sit potentia actiua.

18.

Ad obiectionem ex S. August. Respond. 1.

Apud S. Aug. legitur sic: ideo Filius, qui genitus.

Respond. 2. Etsi legeretur, eo Filius, quo genitus: explicandum esset, eo, id est, eadē proprietate.

19.

Ad 1. argum. Potentia generatiua est propria Patris per ipsius proprietatem.

ea proprietas sit potentia, aut pars potentia.

Ad secundum respondetur distinguendo antecedens, operatio enim essentialis comparatur cum essentia, sicut personalis cum persona secundum aliquid, & secundum aliquid non est simile. In hoc est simile exemplum, quod operationis essentialis principium quod operatur, est ipsa essentia; & eodem modo operationis personalis principium quod operatur, est persona: non tamen inde efficitur, ut operationis personalis principium formale quo, sit proprietas personae. Nam principium formale quo, oportet esse communicabile, ut diximus: proprietas verò est potius incommunicationis principium; & in hoc non est exemplum simile. Ad confirmationem respondetur concedendo antecedens, quod ceterae potentiae extra agens: consideratae adhuc intelliguntur actiuae, quia ab ipsis ut à principijs formalibus procedit aliqua res distincta: sed negatur consequentia, quod ita intelligi oporteat notionalem potentiam; nam cum haec potentia indicet ordinem realem ad personam procedentem, quae non procedit à potentia, sed à persona in qua est potentia; necessariò includitur in ipsa notione potentiae illa persona in qua est potentia, ut cap. antecedente notauimus; verbi gratia, potentia actiua generandi dicit ordinem ad Filium generandum, qui non gignitur ab ipsa potentia, quae est essentia, sed gignitur à Patre, in quo est ista potentia, ideo in ipsa intelligentia generatricis potentiae clauditur persona Patris.

Ad tertium respondetur negando maiorem propositionem, si uerisimiliter intelligatur, quod omnis forma quae dat esse, sit principium operandi: sunt enim multae formae non operatrices ut liquet, quae tamen dant esse. Negatur etiam minor propositio, quod Paternitas diuina det esse Patri; essentia enim est quae dat esse, non verò proprietas.

Ad quartum respondetur negando minorem propositionem; sunt enim in processione diuinis principia formalia ratione distincta: unde etiam processiones rationibus formalibus distinguuntur. Nam generationis principium formale non est sola essentia, sed intellectus simul; spirationis verò principium formale est essentia, & voluntas simul; intellectus au-

tem & voluntas ratione distinguuntur. In terminis quoque formalibus sua est distinctio rationis, quam ad finem libri explicabimus, & supra attigimus; Verbum enim quia Verbum, & Spiritus Sanctus quia amor, diuersis rationibus explicant diuinam essentiam, scilicet alter ut intelligibilis forma est, & alter ut diligibilis.

Ad quintum respondetur negando maiorem propositionem, scilicet pertinere hoc ad rationem potentiae, ut sit res distincta à re producta, quod capite antecedente satis disputatum est.

Ad sextum respondetur quaedam contineri in illo antecedente neganda, quaedam etiam permittenda; concedimus relationem diuinam esse subsistentem, & operantem: est enim relatio diuina ipsamet diuina persona in sensu identico, quia non est res distincta. Ex quibus solummodo colligitur in sensu identico, quod relatio diuina sit principium quod operatur, non verò principium quo formale operationis; sicut & persona non est principium quo formale, sed principium quod operatur. In sensu verò formali relatio ut relatio, non est productiua, sed est forma hypostatica personae producentis, & nullo modo est formale principium operationis. Itaque relatio ut sic, non est vis actiua, sed tota vis actiua, quae est in persona diuina est essentia diuina, & illa sola est principium formale operationis.

Ad septimum in notationibus respondemus. Ad octauum respondetur, quod illa dictio, prout est in Patre, explicat proprietatem, cum qua potentia generandi est coniuncta; estque tam in sensu specificatiuo, quam reduplicatiuo uerum illud assertum. Potentia generatiua est essentia ipsa in Patre prout in Patre est; nam in sensu specificatiuo explicatur ipsa proprietas cum qua potentia est coniuncta, quae pertinet ad rationem formalem potentiae in obliquo, ut explicauimus; non quod essentia in Patre accipiat vim ipsam generatiuam; sed quia in solo Patre ipsa essentia est vis generatiua, sicut in Filio est potentia ut generetur, & in Spiritu Sancto ut procedat. Neque inde sequitur, quod proprietas sit potentia generatiua, aut pars potentiae. Imò nullo modo proprietas est potentia; sed est necessariò cum potentia coniuncta, & ideo neque

mul, essentia, & voluntas simul,

Sunt etiam termini ratione distincti.

23.

Ad 5. argum. ex cap. 26. p. 1.

24.

Ad 6. argum.

Sicut persona diuina est principium quod operatur, ita relatio in sensu identico.

In sensu formali relatio ut sic, non est vis productiua, sed forma hypostatica personae producentis.

25.

Ad 7. argum. ex aduert. Ad 8. argum.

Proprietas pertinet ad rationem formalem potentiae in obliquo.

Non est potentia, sed necessariò cum potentia coniuncta.

20.
Ad 2. argum.
Operationis essentialis principium quod operatur, est ipsa essentia: sic personalis principium quod, est persona; at principium formale quo, oportet esse communicabile.

Ad confirm.
Discrimen inter ceteras potentias, & notionalem.

Hae dicit ordinem realem ad personam procedentem non ab ipsa potentia, sed à persona in qua est

Exemplum.

21.
Ad 3. arg.
Respond. 1.
Non omnis forma, quae dat esse, est principium operandi.
Respond. 2.
Paternitas diuina non dat esse Patri, sed essentia.

22.
Ad 4. arg.
In processione diuinis sunt principia formalia ratione distincta, scilicet essentia, & intellectus si-

Exemplum
finitatis.

neque ratione potest separari; sicut similitas non separatur a naso, quæ est nasicitas, licet sit res distincta, & vnũ extra rationem alterius. Ita potentia generatiua est generantis potentia, & ideo non potest intelligi absque proprietate generantis. De sensu verò reduplicatiuo iam diximus.

27.

Ad 9. argum. Vna & eadem actioe homo ab homine producit, & nõ comunicatur: anima comunicatur, & nõ producit. Sic in Deo persona producit, non comunicatur: essentia comunicatur, nõ producit.

Ad nonum respondetur non esse necesse vt actiones distinctæ sint, quando aliud comunicatur, & aliud producit: nam per hoc ipsum, quod vna res producit, alia comunicatur etiam non producit; vnde generans hominem non producit animã, & tamen comunicat eã corpori. Est ergo vna, & eadem actio, scilicet generatio hominis, qua producit homo, & non comunicatur; anima autẽ comunicatur, & nõ producit. Quid ergo mirum si affirmemus eadẽ diuinã operatione comunicari essentiam, & non produci; personam verò produci, & non comunicari?

28.

Ad vltimum
Essentia nõ sola, sed coniuncta cum proprietate plone procedens est terminus processionis.

Ad vltimũ respõdetur negãdo, quod essentia secundum se sit terminus formalis processionis; sed essentia coniuncta cum proprietate personali personæ procedentis est terminus processionis: sicut enim essentia secundum se non est potentia notionalis, aut principium originis, vt docuimus; ita neque secundum se est terminus processionis: vtriusque enim est eadem ratio, vt argumentum monstrat. Ad confirmationem videtur posse explicari S. August. facillimo cõmentario; ea enim oportent quæ necessaria sunt: ait ergo Filium non generare, quia non oportet, hoc est, quoniã id necessarium non est, cum vnigenitus infinita quadam natiuitate editus, totã substantiam habet genitoris. Non verò quod non potuerit, scilicet ex imbecillitate, vt ab Hæreticis obijciebatur.

Ad confirm.
S. August.

Explicatur.

CAPVT XXVIII.

In persona Diuina procedente est etiam realis potentia notionalis de qua procedit.

I. quæst. noua
An sit in persona procedente realis potentia notionalis, vt procedat?

NOua adhuc quæstio est de potentia passiuã, Vtrũ in persona diuina procedente sit etiã potentia notionalis? verbi gratia, Vtrũ in Filio sit potentia vera & realis vt generetur, & in Spiritu Sãcto sit potentia vera, & realis vt spiraretur?

A Dicendum igitur est in persona procedente esse veram, & realem potetiam, vt procedat. Quod docet S. Thom. 1. p. q. 41. art. 6. ad 1. eandem scilicet potetiam esse in Patre vt generet, & in Filio vt generetur; eandem, inquam, vnitatem reali; quia aliã ratione formali distincta est, & duplex potentia, alia quasi actiuã, alia quasi passiuã. Et q. 42. art. 6. ad 3. idem docet planissimẽ, ponit enim in

B Filio potetiam vt generetur, sicut in Patre vt generet. Et hoc ipsum persuademus efficacissimo argumẽto: nam potentia notionalis indicat in Deo infinitam quandam excellentiam, quæ est diuina fecunditas; quod sanẽ Patres indicant superius enumerati, dum Deum infirmum confitentur, nisi posset gignere, & similiter infirmus esset, nisi posset spirare; ergo persona procedens infirma est & imperfecta, nisi in illa sit potentia vt gignatur, vel spiraretur; decet enim personam procedentem ista excellentia diuinæ fecunditatis. Explicatur argumẽtãdi ratio; fecunditas enim diuinæ nature summa est eius perfectio, & inter attributa numeratur, vt facillẽ Theologi cõfentiunt; sed fecunditas non est in persona procedente, nisi in illa sit realis potetia, qua procedat: ergo vel deest attributũ essentialẽ in persona procedente, quod fingi non potest, nec licet suspicari; vel omninõ ista potentia dignoscenda est in persona procedente. Minor propositio cõmonstratur; sicut enim probamus potetiam actiuã generandi non esse in Filio; quia non potest gignere: ita confẽdum est fecunditatem naturã non esse in ea persona, quæ nulla ratione est fecunda: argumẽtum enim est à genere causæ formalis, quod est apertissimum; nisi enim Deus sit bonus, bonitas in eo non est; ergo nisi Spiritus Sanctus sit fecundus, fecunditas in eo non est. Ergo necessariõ ponenda est in Spiritu Sancto vera, & realis potetia qua procedat; qua etiam fecundus sit procedendo, nõ minũs quã Pater, & Filius spirãdo sũt fecundi.

C Sed iam explicãdum est, Quid sit ista potentia realis in persona procedente? Et non erit difficile hoc indicare, quod quæritur. Primõ statim aduertere congruit, non esse in Deo potetiam passiuã physicã, quæ pertinet ad genus causæ materialis, vt libr. 1. docuimus:

D Sed iam explicãdum est, Quid sit ista potentia realis in persona procedente? Et non erit difficile hoc indicare, quod quæritur. Primõ statim aduertere congruit, non esse in Deo potetiam passiuã physicã, quæ pertinet ad genus causæ materialis, vt libr. 1. docuimus:

Resolutio affirmat.
S. Thom.

Declaratur.
In Patre, & Filio potetia est eadem vnitatem reali, sed distincta ratione formali.

Idem.
Ratio efficacissimã.
Persona procedens imperfecta esset absque excellentia infinita diuinæ fecunditatis, seu absque notionalis potetia vt procedat.

Explicatur.
Fecunditas nature diuinæ est summa eius perfectio & attributũ essentialẽ.

Nisi Spiritus Sanctus sit fecundus procedendo, fecunditas in eo non est.

3. quæstio.
Quid sit ista potentia realis in persona procedente?

1. Prænotat.

Potentia notionalis passiva dicitur grammaticaliter tantum, & more loquendi vulgari.

2. prænotat.

Eadem quatenus actiua, est principium dandi: quatenus passiva, est principium accipiendi: Et in hoc duntaxat convenit proprie cum causis physicis.

Resolutio.

Ipsam potestatem accipiendi est communibilitas nature, & realis potentia passiva.

Exemplum.

In generatione rerum communibilitas nature ex parte potentie passivæ est ipsa natura possibilis, quatenus forma de potentia materia potest educi per dispositiones medias.

4.

1. obiectio.

quare potentia notionalis passiva dicitur solo usu grammatico, & more loquendi vulgari; quia est potentia ut generetur; quæ vox dicitur à grammaticis passiva. Deinde non minus est scitum, quod in causis physicis proprium est potentie activæ dare, & potentie passivæ accipere, & in hoc duntaxat potentia notionalis actiua, & passiva convenit proprie cum physicis causis, quod potentia actiua est principium dandi, & passiva est principium accipiendi; gignere enim est dare essentiam, & gigni est accipere; gignere est à potentia actiua, gigni verò à passiva. Attendamus igitur utroque modo naturam esse communicabilem; nam sicut communicabilis est, ea ratione qua potest dari; ita etiam est communicabilis, ea ratione qua potest accipi. Itaque ex parte geniti posse accipi naturam est esse communicabilem; ergo communibilitas, quæ accipitur ex parte potentie passivæ, non minus est realis potentia, quæ ea quæ accipitur ex parte potentie activæ: verbi gratia, in generatione rerum communibilitas nature ex parte potentie activæ est, quod ipsa natura possit dari, & quod sit principium præcipuum actionis, per quam datur, & quod sint in dante instrumenta operandi; ex parte verò potentie passivæ, communibilitas est ipsa natura possibilis, secundum quam forma substantialis est in potentia materia, à qua potest educi per dispositiones medias. Cui ergo in Deo Optimo concedendum sit naturam divinam non solum posse dari à Patre, sed posse accipi à Filio, ut fides docet, & ad finem libri disputabimus; hoc ipsum posse accipi est quædam communibilitas divinæ nature in persona procedente, & est vera & realis potentia notionalis in Filio, ut gignatur, & in Spiritu Sancto ut spiretur.

Sed sunt duo quæ faciunt in re proposita plurimum negotium. Primum, potentia passiva est aliquid imperfectum; & divina essentia etiam ex parte geniti non habet se per modum principij passivi, sed formalis, ut postea docebimus: quare etsi in Patre meditemur potentiam quasi activam generandi, non consequitur, ut in Filio cogitemus potentiam quasi passivam; sed satis erit ut dicamus illam communicabilitatem, de qua modo commentabamur, esse potentiam logi-

cam, qua aliquid dicitur possibile. Præterea potentia passiva antecedit passionem, & omnis potentia antecedit actum, quia prius intelligitur posse esse, quam esse; essentia autem divina ex parte rei genitæ antequam intelligatur natiuitas, nihil habet, quod sit proprium Filij: quare non potest intelligi, ut potentia passiva, qua Filius gignitur; ergo hæc potentia non antecedit suum actum, quod est impossibile.

Ad explicandum dubium primum præmittamus assertum hoc valde scitum, scilicet cuicumque potentie activæ subesse passivam potentiam. Quod pronuntiatum quidam ita moderantur, ut non intelligatur de potentia creatrici, cui non subest aliqua potentia passiva adæquate. Et hoc quidem verum est, non esse aliquod receptaculum adæquati effectus creatricis potentie: nam ipsum receptaculum, quod est materia prima, aut forma subsistens, non antecedit effectum, sed est effectus ipsius potentie per creationem; quare primus iste effectus, scilicet materia prima, & forma subsistens non recipitur in aliqua potentia passiva.

Nihilominus axioma illud perpetuum est verum, quod potentie activæ subijciatur passiva, ita ut ipsa potentia passiva per activam accipiat esse. Cuius verissimi proloquij illa est ratio, quod potentie activæ est dare, & passivæ recipere; dari autem & accipi necessario sunt connexa. In rebus verò creatis potentie activæ subijciatur passiva alio modo, scilicet ita ut antecedit actionem; quia agens finitum, necessario operatur circa aliquod subiectum, & non ex nihilo ut Deus.

Ex quibus colligimus recta philosophandi ratione, ex eo quod sit in Deo quasi activa potentia notionalis, esse quoque quasi passivam potentiam.

Ad obiectioem autem occurrimus dicendo, quod sicut in divina processione nihil ponimus activæ potentie, nisi hoc quod est dare; ita neque passivæ potentie aliquid meditatur, nisi hoc quod est accipere; & ita sicut illa potentia est quasi activa, ita & ista quasi passiva. Sed non concedimus, quod ista potentia quasi passiva concurret per modum causæ materialis, sed solum formalis causæ, ut probè arguendo proponitur; quia concurret, ut forma subsistens, & nullo modo ut materia. Nec verò satis est ex parte persone proce-

2. obiectio diffilior.

5.

Pro respons. ad 1. obiect. expenditur hoc axioma: Omnis potentie activæ subijciatur passiva.

Suar. in met. d. 43. sect. 2. limitat ut non intelligatur de potentia activa creatrici quoad effectum adæquatum.

Ratio.

6.

Assertio. Omnis omnino potentie activæ correspondet passiva, ita ut hæc per illam accipiat esse.

Eudæmetum. Aduert.

Potentie activæ creatæ subijciatur passiva antecedens actionem.

7.

8.

Ad 1. obiect. Potentia notionalis quasi passiva concurret solum per modum causæ formalis, non verò materialis. Probatur.

Ex parte per-

proce-

soja procedē
tis est realis po
tētia positivā,
i. ratio.

si non
z. ratio.

Confirm. ex
S. Thoma.

Eadem poten
tia que est in
Patre vt gene
ret, est in Fi
lio vt genere
tur.

9.

Pro respōsio
ne ad 2. object.
aduert.

Potentia no
tionalis passi
ua non ante
cedit genera
tionem passi
uam.

Probatur 1.

Potentia pas
siva non ante
cedit passio
nem, nisi ob
eā causam so
lūm quia est
eius subiectū.

Passio nō ori
tur a potentia
passiva, sed ab
actiua.

Probatur 2.
Ante genera
tionem passi
uam nihil pro
prium geniti
intelligitur cō
iunctū cum
essentia.

procedētis ponere potentiā logicā, quæ
est non repugnata; sed necesse est po
nere realem potentiam positivā: tū quia
potētia passiva in rebus creatis indicat
non solum potentiam logicam passivā,
sed physicam, qua id quod datur ab agē
te, recipiatur in passo. Quare & in Deo
ex potentia quasi actiua petimus poten
tiam quasi passivam, vt illa sit principiu
dandi, ista accipiendi: tum etiam quia
potentia actiua, vt omnes Doctores cō
cordant, est fecunditas & realis perfe
ctio; quare necesse est, vt ea sit in perso
na procedente, & non solum logica po
tentia, quæ est non repugnantia, & sola
veritas propositionis modalis, qua dici
mus esse aliquid possibile. Et confirma
tur auctoritate S. Thom. quæ maxima
est, asserentis eandem potentiam, quæ
est in Patre vt generet, esse in Filio vt
generetur: sicut ergo in Patre est realis
potentia, vt sententijs Patrum firmaui
mus, ita & in Filio agnoscenda est.

Secundum dubium longè est diffici
lius; neque enim a potētia passiva crea
ta, quæ est causa materialis, possumus si
militudinem vllam indagare potentie
passivæ notionalis, quæ est quasi forma
le principium ex parte rei genitæ. Illud
ergo quod est clarius, statuamus prius,
Potentiam passivam physicam, & crea
tam, antecedere passionem; quia passio
est accidens in subiecto; & necesse est vt
subiectum, quod est ipsa potentia passi
ua, antecedar passionem in genere cau
sæ materialis. Quare cum potentia no
tionalis passiva non sit subiectum gene
rationis passivæ, neque concurrat in ge
nere causæ materialis; non est necesse
quod antecedar generationem passivā.
Aduertendum enim est passionem non
oriri a potentia passiva, sed ab actiua in
rebus creatis, cum actio & passio sit idē
motus, qui ab agente dimanat; vnde cō
sequitur vt potentia passiva non ante
cedat passionem, nisi ob eam causam so
lūm, quia est eius subiectum; quæ causa
cum non inueniatur in rebus diuinis, nō
est necesse vt potentia notionalis passi
ua antecedar generationem passivam.
Et hoc identidē argumento illo mani
feste comprobatur, quod ante genera
tionem passivam nihil intelligatur pro
prium, coniunctum cum essentia, quod
sit proprium geniti; & cum potentia ge
nerandi passiva sit propria geniti; con

sequitur, vt ante generationem passivā
non possit intelligi ista potētia passiva.

Sed ex eadem notatione colligimus,
ponendam esse in Filio potentiam no
tionalem passivam; quia antequam in
telligamus personam Filij constitutam,
intelligimus natiuitatem, siue genera
tionem passivam cōiunctam cum essen
tia diuina; quæ coniunctio cum non sit
per accidens (nihil enim in Deo per ac
cidens cogitandum est) necesse est vt ef
fentia diuina cōsideretur vt principium
formale personæ gignendæ, quæ est per
fecta ratio passivæ potētiæ: sicut enim
in rebus creatis passiva potētia est prin
cipium materiale rei gignendæ; ita in Deo
passiva potentia est principium formale
personæ gignendæ. Et vt hoc clarius in
telligatur, præoccupandum est ex lib. 4.
essentiam diuinam cum relatione hy
postatica coniunctam esse principium
formale cōstituens personam: igitur an
te personam Filij constitutam, cum co
gitamus generationē passivam quæ an
tecedit, & meditatur illam coniunctam
cum essentia diuina, essentia adhuc non
consideratur coniuncta cum relatione
filiationis, quæ est forma hypostatica:
quare nō intelligitur vt principium for
male cōstituens personam; sed intelli
gitur vt principium formale cōiunctum
cum generatione passiva; ergo intelli
gitur vt passiva potentia, cuius actus est
Filium gigni, vt statim dicemus.

Nam vt rē obscuram illustremus ex
emplo, sicut generatio actiua in Patre
est a potētia actiua, non reali processio
ne, sed ordine intelligendi duntaxat; ita
ab essentia quasi a potentia passiva, non
tamen vt a principio materiali, sed for
mali (ab essentia, inquam, cum genera
tione passiva coniuncta) est Filius quasi
a passiva potentia, non tamē reali ema
natione, sed ordine intelligendi dunta
xat.

Ad hæc elucidanda opus est aduerte
re duplicem esse actum potētiæ, alterū
a quo nominatur, alterum a quo perfici
tur; actus a quo nominatur potētia acti
ua est actio; actus a quo passiva potentia
dicitur, est passio: actus verò a quo per
ficatur vtraque potētia, est actu esse quæ
erāt in potentia, siue hoc sit vera perfe
ctio, siue non sit perfectio. Ea enim de re
est controuersia inter Doctores, vtrum
agens creatum accipiat perfectionē rea
lem,

10.

Ex dictis con
sectaria resolu
tio i. quæstio
nis.

Est in Filio
potentia no
tionalis passi
ua, scil. essen
tia coniuncta
cum genera
tione passiva.

Passiva potē
tia in creatis
est principiu
materiale rei
gignendæ; in
Deo est prin
cipium forma
le personæ gignendæ.

Declaratur.

Essentia con
iuncta cum ge
neratione pas
siva prius in
telligitur, quæ
essentia coniu
cta cum rela
tione hyposta
tica intelliga
tur vt prin
cipium formale
cōstituens p
sonam.

11.

Exemplum.

Ab essentia cō
iuncta cū ge
neratione pas
siva est Filius
ordine dunta
xat intelligē
di, non emana
tione reali.

12.

Aduert.

Actus deno
minātes potē
tiam actiuam
& passivā sūt
actio & passio.
Actus vtraq;
potentiā per
ficiens est in
actu.

Actio & passio sunt ab agente, non autem a passio. Actus perficiens est in passio realis effectus ipsius passio, in agente autem nihil est.

In Deo a potentia actiua generatio actiua ducitur, ordine cognitionis. Itē generatio passiuā aliqua, non autem a potentia passiuā.

Esse actu generans, & esse actu genitum sunt quasi effectus formales generationis actiuae, & passiuae, & actus perficiētes utramque potentiam.

13.

Ad potētiā passiuā & generationē passiuā prater esse actu genitū consequitur esse personam, & hyposthasim, ut terminus processionis, & actus potentiae passiuae.

lē, hoc ipso quòd est actu agens. In utroque actu est discrimen inter istas potentias: nam actus a quo potentia nominatur, oritur quidē a potentia actiua; sed a passiuā non oritur, quia passio non est a passio, sed ab agente: actus verò quo potentia perficitur, in agente forsan nihil est; in passio verò est realis effectus ipsius passio, quod passum concurrat in genere causae materialis. Ad eundem ergo modum philosophando, generatio actiua, quae est actus potentiae actiuae ipsam nominans, ducitur ab eadem potentia ordine cognitionis; generatio verò passiuā non ducitur a potentia passiuā, sed potius aequalitē ducitur a potentia ipsa actiua, sicut diximus actionem & passionem esse ab agente. Quare cum passio non ducatur a potētia passiuā; & in Deo potentia passiuā non sit causa materialis antecedens passionem; consequitur ut potentia passiuā notionalis nullo modo antecedit generationem passiuā. At verò quoad alterum actum potentiae, quod est potentiam esse in actu; similiter dicendum, quòd ex parte potentiae actiuae esse actu generans, est quasi effectus formalis generationis actiuae, & hic est actus potentiae actiuae quasi perficiens: ex parte verò potentiae passiuae esse actu genitum, est quasi effectus formalis generationis passiuae, & est actus perficiēs potentiam passiuā; & ita potentia passiuā comparatur ad hunc actum, ut principium formale antecedens.

Et adhuc meditandum est, quòd esse actu generans nihil addit generationi actiuae, sed differunt ut abstractum, & concretum, generatio & generans; sed ad generationem passiuā, & potentiam passiuā, non solum consequitur esse actu genitum, quod est nomen concretum passiuae generationis, sed consequitur etiam esse personam, & hyposthasim. Itaque persona, & hyposthasis Filij est a potentia, & generatione passiuā, quasi terminus realis & verus processionis, & realis actus potentiae passiuae. Et ita eadem essentia coniuncta cum generatione passiuā est potentia quasi passiuā; coniuncta verò cum proprietate personali Filij geniti, est terminus potentiae, & generationis passiuae: neque enim idem est, potentia passiuā notionalis, & terminus processionis; sed sunt haec suis rationibus distincta, ut liquet.

A Vnde iam facile responderetur ad argumentum, negando quòd potētia quasi passiuā, quae non est causa materialis, antecedit operationem; & concedendo quòd ipsa potētia antecedit actum suum, non a quo nominatur passiuā; sed alium actum perficientem potentiam: & quòd omnis potentia antecedit actum, ordine cognitionis; sicut & potentia notionalis passiuā antecedit Filium genitum, qui est quasi actus illius potentiae. Et ita omnia videntur admirabili mysterio, & ineffabili esse coaptata, non extra veram philosophandi rationem. Haec autem non obscure indicat S. Thom. 1. p. q. 41. art. 3. ad 2. dum ait Filium gigni de substantia Patris, sine substantiam accipias ex parte gignentis, quasi principium actiuū, sine ex parte geniti, quasi formale principium: indicauit enim sapientissimè ex parte geniti substantiam, de qua est genitus Filius, habere rationem potentiae, de qua est Filius; non quòd de illa potētia sit generatio passiuā, sed quòd de illa sit genitus, ut explicauimus.

C Ex quibus tandem colligimus potentiam notionalē passiuā esse essentiā addita relatione, hoc est, addita processione passiuā; potentia enim notionalis actiua aduenit personis constitutis: & idcirco relatio, quae constituit personam, intelligitur coniuncta cum potentia notionali. At verò potentia passiuā notionalis antecedit personam procedentem ordine cognitionis; in qua antecedentia intelligitur coniuncta cum sola processione, scilicet, generatione passiuā, aut spiratione passiuā; omnia enim similia sunt de potentia generandi passiuā, & de potentia spirandi passiuā.

D Ex his tandem colligitur falsum esse, quod quidam existimant in persona generante fecunditatem esse vltimam attributum: nam in Patre non solum fecunditas naturae, quae est quid essentialē & commune, sed etiam intellectus fecundus qui est potentia propria Patris, ut modò disputabamus, antecedit operationem essentialē, quae est intellectio: quia ipsa intellectio, per quam scilicet Pater generat, ducitur ab intellectu fecundo; aliàs per se non gigneret. Aduertendum igitur est intellectioem essentialē cū omnibus simul attributis ordine rationis antecedere in constitutione personae Patris; quia omnia attributa sunt

14. Ad 2. obiect. Potentia passiuā antecedit ordine cognitionis actum suum: non illum a quo nominatur, scil. generationem passiuā. Sed illū a quo perficitur, scil. esse genitū, & personam.

Hac indicat S. Thom.

15. Ex dictis conclusaria resolutio 2. quae est. Potentia notionalis passiuā est essentiā, addita relatione, id est, addita processione passiuā. Potentia notionalis actiua personae procedenti constituta aduenit. Passiuā procedentē constitutam antecedit ordine cognitionis.

16. Aliud cōsect. In Patre iam cōstituto cōsideratur 1. natura fecunda, quae est prima potentia. 2. intellectus fecundus, qui est potētia proxima. 3. intellectio essentialis fecunda. Videatur Bañes q. 27. art. 5.

sunt vna essentia ex qua simul cum relatione personali constituitur persona: sed constituta iam persona in ordine ad operationem notionalem, primò consideratur in Patre natura fecunda quæ est prima potentia, eaque in Patre iam est potentia generandi actiua; deinde consideratur in Patre intellectus fecundus, qui est potentia proxima generandi; post hæc consideratur intellectio Patris, quæ est operatio fecunda potentia. Et ita fecunditas etiam in illa potentia proxima, quæ est iam propria Patris, antecedit intellectionem essentialem Patris: nam in Patre omnia iam sunt propria; & intelligenda sunt eo ordine, quem postulat ratio propriorum. Et ita oportet vt Pater per intellectum fecundum intelligat.

Ad finem istius capituli maior adhuc quæstio obuersatur animo: Vtrum potentia notionalis passiva proxima, sit illud ipsum attributum, quod est actiua? de potentia enim principali, quæ est natura fecunda, iam diximus eandem esse in Patre vt generet, in Filio vt generetur. Sed de potentia proxima noua quæstio mète excitatur, Vtrum idem intellectus qui est in Patre potentia actiua generandi, sit in Filio potentia passiva vt generetur?

Pars negans nobis placet; nam vt obseruauimus parte capituli antecedente, potentia passiva in persona diuina procedente coniungitur cum ipsa processione; & processio non ducitur ab ista potentia passiva, sed potius aliquo modo ab actiua: Filius ergo gignitur quidẽ de intellectu Patris, vt de potentia actiua, à qua ducitur eius passiva processio; sed non gignitur de intellectu quasi de passiva potentia. Et confirmatur, quia intellectus in Deo solum consideratur vt potentia actiua, & nullo modo passiva.

Dicendum ergo est, in Deo potentiam passiuam considerari vt principium formale, quod idem est terminus processionis, quatenus est terminus, & actus ipsius potentia, vt docuimus. Considerandum ergo est, diuinas processionem duci à potentijs proximis, quæ respiciunt obiectum, & habent terminos operationum, scilicet ab intellectu, cuius operationis terminus est Verbum, & à voluntate à qua procedit Amor. Et idcirco si qua est potentia passiva proxima in diuina proces-

sione, ea meditanda est in termino operationis. Quòd si illa sententia superius confirmata placet, quòd in Deo ex parte rei cognitæ esse illud intelligibile, quod est per se primò intelligibile, sit quoque reale attributum essentia; illud quoque esse intelligibile quod pertinet ad propriam rationem termini, quod est Verbum diuinum, erit potentia proxima notionalis passiva, quia illud esse intelligibile cum processione coniunctum, est formale principium Verbi, vt Verbum est; ergo vt coniungitur cum natiuitate, induit rationem passiuæ potentia, sicut antea philosophati sumus de prima potentia generandi passiva, quæ est natura fecunda cum natiuitate coniuncta. Et idem dicendum est de potentia spirandi passiva, & proxima, scilicet quòd sit illud esse diligibile per se primò, quod est reale attributum essentia coniuncta cum spiratione passiva. Itaque in generatione potentia actiua est intellectus: potentia verò passiva est esse intelligibile reale: & in spiratione potentia actiua est voluntas: potentia verò passiva est esse quoddam diligibile reale.

Quòd si hæc opinio non placet, & esse hoc intelligibile, & diligibile non creduntur esse essentialia attributa, dicendum est in diuina processione non esse potentiam passiuam notionalem proximam; sicut etiã non est terminus formalis distinctus: sicut igitur processio diuina, vt est communis opinio, ex principio proximo distinguitur, quia alia est ab intellectu, alia à voluntate; non tamen à termino formali, quia vtriusque terminus est sola natura diuina, vt ad finem libri dicemus, & antea exposuimus: ita dicendum erit in diuina processione esse potentiam notionalem primam & præcipuam tam actiuam, quam passiuam, vt docuimus, scilicet naturam fecundam; potentiam verò notionalem proximam tantum esse actiuam, & nullam passiuam.

Et iuxta vtramque opinionem colligimus, potentiam notionalem proximam non esse aliquod attributum commune, idemque in singulis: nam vel solum in persona quæ est principium processionis, potentia proxima est fecunda, vt in Patre intellectus, in Patre verò, & Filio voluntas, cū in persona procedente non sit potentia passiva proxima: vel iuxta priorem sententiam in Patre potentia proxima

In posteriori opinione tradita cap. 14 p. 2. num. 4. esse primò per se intelligibile reale pertinens ad propriam rationem termini formalis, vt coniungitur cū natiuitate, est potentia proxima notionalis passiva; & formale principium Verbi, vt Verbum est.

20. In priori ibidẽ num. 5. nulla est potentia notionalis proxima siquidẽ in ea non est terminus formalis distinctus ab essentia diuina.

21. In vtraque opinione, potentia notionalis proxima non est aliquod attributum commune, idemque in singulis personis.

17. 3. quæstio. Vtrum intellectus fecundus idem qui est in Patre potentia notionalis actiua proxima, sit in Filio passiuam proxima?

18. Resolutio negat. Probatur ex dictis cap. antecedente.

Filius gignitur de intellectu Patris, vt de actiua, non quasi de passiva potentia. Confirm.

19. Aduertendũ.

xima actiua est intellectus; in Filio passiva non est intellectus, sed esse quoddam intelligibile: Et similiter in Patre, & Filio proxima potentia actiua est voluntas; at verò in Spiritu Sancto passiva non est voluntas, sed esse illud primò per se diligibile, vt enarrauimus.

CAPVT XXIX.

Potentia notionalis à potentia creandi ratione distincta est.

Dubium non est potentiam notionalē esse ratione formali distinctā à potentia creandi.
S. Thom. Probatur.

Confirmatur primò.

Secundò.

Quæstio est difficilis: Vtrum distinguatur considerata secundum id, quod est esse essentialē.
S. Thom. in 1. affirmat: In tract. de Potent. negat.

Prenotandum de significatione potentia.

Quòd potentia notionalis sit ratione formali distincta à potentia creandi, non est dubium: De qua re S. Thom. in 1. d. 7. q. 1. art. 2. & de Potentia q. 2. ar. 5. & 1. p. q. 41. art. 4. Potentia enim notionalis non intelligitur, nisi cum relatione personali coniuncta; potentia verò creandi est duntaxat essentialis præcisa omni relatione personali; ergo alia est ratio formalis illius, alia istius; cum vnus potentia notitia haberi possit, reiecta relatione, alterius verò non possit. Et confirmatur, quia potentia notionalis est media ordine cognitionis inter essentialia, & personalia; potentia autem creandi est essentialē attributum: imò potentia actiua notionalis non intelligitur, nisi prius constitutā personā, cuius est potentia: potentia verò creandi ordine cognitionis antecedit personam.

Est verò quæstio admodum difficilis, Vtrumne ipsa potentia notionalis considerata secundum id quod est esse essentialē, sit ipsa potentia creatrix, an verò potentia alia, formalique ratione distincta? S. Thom. hac in re videtur à se ipso dissentire; nam in 1. sentent. d. 7. q. 1. art. 2. distinctas esse affirmat: at verò de Potentia q. 2. artic. 5. vnam & eandem ait esse potentiam, vel potius omnipotentiam; & argumenta opposita refellit.

Est igitur primò enarrandum quid essentialē complectatur notionalis potentia. In rebus etenim creatis forma substantialis est primum operationis principium, ita tamen imperfectum, vt per se non possit attingere operationem; sed indiget virtute superaddita, quæ est forma inhærens, & operationi propinqua: ista autē forma superaddita formæ substantiali est accidens. Quare operationis principium formale in rebus creatis est duplex, aliud substantiale, & præci-

A pium; aliud accidentarium minus præcipuum, quod in genere qualitatis collocatur, & nominatur potentia; quamobrè dixit S. Dionys. c. 11. de cœlest. Hæc inter substantiam, & operationem, mediam esse virtutem operandi, quam potentiam nos appellamus. Sed hoc nomē potentia æquiuocum est, vel potius analogum in sua ampla significatione; significat enim nonnunquam omne principium operationis, etsi non sit operationi proximum: qua significatione complectitur formam substantialem, tanquam principium actiuum, & simul accidentia quæ sunt principia operationis, tam potentias, quam habitus potentiarum: & dicitur à S. Thom. ista potentia ampliori significatione potentia transcendens opusc. 48. cap. 3. quia vagatur per diuersa genera rerū in quibus inuenitur: Idē de Potent. q. 2. art. 1. ad 5. docet omne quo agens agit, esse potentiam; quo nomine comprehendit etiam formam substantialem. Sed restricta significatione potentia est species qualitatis distincta etiā ab habitu, per hoc quod potentia est à naturā indita ad operandum vt primum præcipuumq; instrumentum operantis.
C Est verò potentia, siue transcendens, siue prædicamentalis alia actiua, alia passiva, vel simul vtrumque, vt docet Aristot. 5. Metaph. cap. 12. Nos de potentia actiua nunc loquimur.

Itaque forma substantialis dicitur potentia transcendens: sed non prædicamentalis, quæ est potentia operationi proxima: cum ergo essentia diuina intra se contineat omnem virtutem, & operationem, neque indigeat virtute superaddita ad operandum, rectissimè, propriissimèque ipsa essentia dicitur potentia extra genus: quin etiam eò quod essentia in suo conceptu formali confuso continet virtutem operatricem, & attributa omnia, non in sensu duntaxat idētico, sed formali; verè asserimus quod Deus per essentiam intelligit, diligit, & operatur: si verò rursū meditemur diuinam essentiam quasi naturam, cui affectiones tribuimus, rectè quidē inter operationem, & naturam cōtemplamur virtutem operatiuam quasi mediā, quod docet S. Thom. in Sentent. loco recitato, & art. 1. ad 2. dummodò etiam obseruemus, quod in Deo virtus est media inter naturā, & operationē solū propter ordi-

S. Dionys. ait inter substantiam, & operationem, mediam esse virtutem operandi.

Potentia in ampla significatione est omne principium operationis.

à S. Thom. dicitur potentia transcendens.

In restricta significatione est species notade prædicamento qualitatis.

Arist.

4. Essentia diuina propriissimè dicitur potentia extragenus, non solū quia in suo conceptu formali confuso continet omnia attributa: sed etiam quia quatenus concipitur distincta ratione formali ab attributis ipsa est vis actiua, & actus purus. Inter illam sic distinctam & operationem rectè contemplamur virtutem mediam.
S. Thom. In Deo virtus est media, non